OUGH
TRED
OPUS
CULA

N
III
2/7



N. III. 2
39354 | A 17

Lord W. Kerr, G.C.B.



Library, Brocket Hall.

GUILELMI OUGHTRED ÆTONENSIS,

Quondam collegii Regalis

In

CANTABRIGIA Socii.

Opuſcula MATHEMATICA hactenus inedita.



OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO, *Anno* 1677.

PRÆFATIO.

Cum incidimus in Manuſcripta exemplaria Cl. Oughtredi, *viſi ſumus Tyronibus non inutilem operam, nec in Matheſi magis exercitatis ingratam præſtituri, ſi ex iis nonnulla Typis mandaremus, Quapropter cum alia eſſent mutila, alia prelo haud ita idonea, ea tantum excerpſimus, quæ propter uſum, & varietatem tum luce publica, tum* Oughtredi *nomine non indigna viderentur. Quorum pleraque cum eo animo ſcripſit, ut iis quos inſtitueret, ſubſervirent, non poſſunt juvenes melius hiſce ſtudiis initiari, quam ſi* Oughtredi *genio ſe aſſuefacerent. Qui, ſi quis alius, natus ad Matheſin videtur, & in exemplum perſpicacis animi, ſubactique judicii. Nemo ſiquidem magis perſpicua brevitate uſus eſt, aut penitius ipſas rerum eſſentias animo complexus, quas dum contemplatur, ſuas ſibi creare notitias, nec tam invenire veritatem, quam conſtituere videtur. Cujus rei magnum ſane exem-*

exemplum præbet Clavis Mathematica, *ubi accurato rerum examini, ſeveritati judicii, rigidæque veritati ita conſtanter aſſueſcit anima, ut diſcat non modo phantaſiæ viribus res pene infinitas uno intuitu comprehendere, ſed ultra humanum fere modum intelligere, & tarditatem diſcurſus prævenire: Nullibi magis ſincerus demonſtrandi guſtus hauritur, aut pari fructu, quæ homini propria, mentis agitatio aut ſolertia promovetur; nec aliunde pulchrior cogitationum ordinatio, aut habitus ſentiendi congrue fælicius ediſcitur. Præcipua Matheſeos utilitas, eſt ſevera mentis exercitatio, in omni ſtudio veritatis amor, & ex claritudine idearum orta ſerenitas; minuitur illius dignitas quoties ad ſenſibilia deſcendit; Infima Matheſeos pars eſt quæ hominum neceſſitatibus ſubvenit, aut ornamento inſervit; & ex humani generis uſibus parum æſtimatur. Autores iſti, qui prolixa ſua facilitate laborant, lectoribus faciunt contumeliam, & opinantes opus eſſe ut de omni prorſus re inſtruantur, oſtendunt methodum qua ipſi ſolent intelligere: perplexo implicari circuitu, & à recta aberrare via, eorum eſt qui in tenebris verſantur. Animus veritatis avidus ſupervacaneum omne*

ne

ne faſtidit, & ad rem ipſam properat; amat ſuas vires experiri, expetit difficultates, & ſine victoria delaſſari erubeſcit. Noluit Oughtredus *ſine fructu intelligi: ſatisque novit illam eſſe mentis humanæ indolem, ut velit aliquid ſibi, quod ipſa ſuppleat, relictum; & ita velle inſtrui, ut à ſe tamen diſcere videretur, & quibuſcunque uſa fuerit ſubſidiis, ipſam inventionem veritatis, ſibi ſoli deberi. Nonnulli Tractatuum quos nunc exhibemus, aliorum laboribus debentur, ſed majori legentium utilitate in compendium redacti; Theſauri enim quos ipſi Autores eruebant, ab* Oughtredo *accepere nitorem & uſum, qui nunquam quicquam alienum tractaverit, de quo non ipſe Author, maxime gloriaretur, ſi ut ſuum poſſet vendicare. In* Inſtitutionibus Mechanicis *ſi quid deſideretur, abundè ſuppleri poteſt ex accuratiſſimo Tractatu* Cl. Wallisii, *qui ſolus pro dignitate hanc partem Matheſeos tractavit, & de qua ſi cui poſtea ſcribere libuerit, ab illo mutuetur neceſſe eſt.*

Tra-


Tractatus qui ſequuntur, hi ſunt.

Inſtitutiones Mechanicæ.
De variis corporum generibus gravitate & magnitudine comparatis.
Automata.
Quæſtiones Diophanti Alexandrini *Lib. 3.*
De Triangulis planis rectangulis.
De Diviſione Superficierum.
Muſicæ Elementa.
De Propugnaculorum Munitionibus.
Sectiones Angulares.

Centrum gravitatis cujuſque corporis eſt certum punctum intra ipſum, circa ſe habens undiq; partes æqualium momentorum conſiſtentes, ſecundùm quod deorſum fertur, & à quo ſi grave appenſum linea concipiatur, dum fertur quieſcit, poſitionem quam initio habebat ſervans. Eſtque linea illa ſemper horizonti perpendicularis.


DE LIBRA.

LIBRA eſt BAC recta linea, cujus brachia ſunt AB, AC: quæ ſunt etiam diſtantiæ, ſive ſegmenta libræ à centro.




Centrum libræ A, ſive in libra ſit, ſive ſupra vel infra, eſt in linea perpendiculari ſemper ipſi libræ.

Trutina eſt DA horizonti perpendicularis.




Prop. I. Si pondus in centro ſuæ gravitatis à recta ſuſtineatur linea, nunquam manebit niſi eadem linea horizonti fuerit perpendicularis.

Prop. II. Libra horizonti æquidiſtans, cujus centrum ſit ſupra libram, æqualia in extremitatibus, æqualiterque à perpendiculo diſtantia habens pondera, ſi ab ejuſmodi ſitu moveatur, in eundem relicta redibit, ibique permanebit. Nam magnitudinis ex ponderibus B C & libra compoſitæ; centrum gravitatis eſt in E. quare (per I.) non ſuſtinebitur à perpendiculo AE, niſi ipſum etiam ſit horizonti perpendiculare.



Prop. III. Libra horizonti æquidiſtans cujus centrum ſit infra libram, æqualia in extremitatibus, æqualiterque à perpendiculo diſtantia habens pondera, in hoc ſitu manebit: ſi vero ab ejuſmodi ſitu moveatur, deorſum relicta ſecundum partem decliviorem movebitur. Nam magnitudinis ex ponderibus B C & libra compoſitæ centrum gravitatis eſt E. [1] Quare per I. &c.




Prop. IV. Libra horizonti æquidiſtans, cujus centrum ſit in ipſa libra, æqualia in extremitatibus, æqualiterque à centro diſtantia habens pondera, etiam ab ejuſmodi ſitu mota ubicunque relicta permanebit.

1 Secundum quod ex defin. grave deorſum fertur,

Nam

Nam magnitudinis ex ponderibus B C & libra compoſitæ centrum gravitatis eſt A: quare ab eo puncto appenſa quieſcet, poſitionem quam initio habebat ſervans, (per Definit.)




Similiter ſi pondera in libræ extremitatibus appendantur idem eveniet: dummodo ex ſuſpenſionum punctis ad centra gravitatum ponderum ductæ lineæ (quocunq; modo moveatur libra) ſi protrahantur, in centrum mundi concurrant. Ubi enim pondera hoc modo ſunt appenſa, ibi graveſcunt, ac ſi in iiſdem punctis centrum gravitatum haberent. Huic propoſitioni adverſantur *Jordanus* de ponderibus; *Hier. Cardanus* de ſubtilitate. *Nic. Tartalea* de quæſitis ac inventionibus; quorum opiniones prolixa confutatione *Guidus* in hâc 4. prop. refellit.

Prop. V. Duo pondera EF in libra ex punctis D G appenſa, ſi libra illa intercepta ita dividatur in puncto C, ut ſegmenta ponderibus reciprocè reſpondeant (hoc eſt ſi fiat GC. DC : : E. F) æquiponderabunt ex ipſis punctis acſi utrumque ſimul E + F ex puncto diviſionis C ſuſpendatur. Eſto A centrum libræ, & ſumatur AB = AC. ſunt hi tres caſus.

Caſus I. Eſto utrumque punctum D G ex eadem parte centri A

[1] Fiat AB. AG : : F.H } æquiponderant.
Et AB. AD. : : E. K } p. 6. 1. Archim.




Dico H + K = E + F;
Ideoq; E + F ex C æquiponderare ipſis H+K ex B.
Nam dividatur H in F + L & E in K + I : probetur I = L.

[2] Erit AG — AB.AB : : H—F.F : hoc eſt GC.AB :: L. F.

[3] Et AB—AD.AB:: E—K.E:hoc eſt DC.AB:: I. E
at [4] G C. DC : : E . F

[5] Quare GC.AB::I.F.Eſt igitur [6] I = L.Ergo &c.

Caſus. 2. Eſto punctum D in Centro A.



Fiat AB. AG : : F. H.

1 Proinde F. > H. & E < K. per Schol. 14. E. 5
2 Ex conſtruct. primâ invertendo & dividendo.
3 Ex conſt. ſecundâ dividendo converſim.
4 Ex hypotheſi.
5 Ex æquo perturbatè.
6 Per 9. E. 5.

Dico

Dico H = E + F Ideoq; E + F ex C. æquiponderare ipſi H. appenſo ex B.


Nam dividatur H in F + L: probetur L = E

[1] Erit GC. AB :: L. F at [2] GC. DC :: E. F.

[3] Quare DC. AB :: L.E. Eſt ergo [4] L = E. Ergo.

Caſus III. Eſto punctum D ex altera parte centri A.

Fiat AB. AD :: E. K. } æquipond.
Et AB. AG :: F. H. }



Dico H—K = E + F : Ideoque E + F ex C æquiponderare ipſi H--K nempe H -L ex B.

Nam dividatur H in F + E + L. probetur L = K.

[5] Erit DC. AB :: E + K.E : Et [6] GC.AB :: E + L. F. (E + L = H--F)

at GC. DC. :: E. F.

[7] Quare DC. AB :: E + L. E :: E + K. E.

Igitur erit [8] L = K. Ergo demtis LK. &c.

1 Ut in caſu primo.
2 Ex Hyp.
3 Invertendo analogiam ſecundam & ex æquo perturbatè.
4 Nam DC = AC = AB. ex. Hyp. caſus 2. & conſtructione propoſ.
5 Ex Analogiâ primæ conſtru. invertendo, & componendo.
6 Ex Analogia 2. Conſt. invertendo, & dividendo.
7 Ex æquo purturbatè.
8 Per 9. E. 5. & 3. ax. E. 1.


Probe-

Probetur H $\prec$ E + F :[1] E + F. F :: DG. DC :: AG + AD. AB. + AD $\doteq$ [2]
H. F.

Aliter demonſtrari poterunt ſinguli Caſus per centrum gravitatis ϖ inventum per 6. 1. Archimedis de æquiponderantibus.

Prop. VI. Si in libra BAC pendente è centro A ſuſpendantur ad puncta D G utrinque à C æquidiſtantia duo æqualia pondera EF, ſegmenta libræ è centro, ponderum ſuſpenſorum gravitatibus ſunt directe proportionalia: hoc eſt ut AD ad AG, ſic gravitas E ad gravitatem F.

Nam fiat AG. AL (AD) :: E. K. quare (per 6, 1.




Arch. de æquipond.) E appenſum ad D vel L habebit ad gravitatem F; ſed K appenſum ad G gravitatem eandem F habebit. Ergo E appenſum ad G tanto ponderat gravius quam ad D, quanto F majus eſt quam K: vel quanto ſpatium AG majus eſt ſpatio AD.

Aliter demonſtratur ſic per 6, 1. Archim. de æquiponderantibus.

1 Componendo. Nam GC. DC :: E. F. ex hyp.
2 Per. 33. E. 5.

diſtat,

Eſt AB. AD : : E. H } æquipond.
Et AB. AG : : E. K }



[1] Ergo AD. AG : : H. K


Corollarium. Quo pondus à centro libræ magis diſtat, eo gravius eſt; & per conſequens velocius movetur.


Atque hinc ratio Stateræ, qua ponderum gravitates notæ redduntur, facile oſtendetur. Eſto Stateræ ſcapus BAG, cujus trutina ſive centrum ſit A; appendiculum E.

Uſus Stateræ poteſt eſſe duplex.

Nam primò appendiculum erit mobile in Stateræ brachio A G, & pondus appendetur ad B.

Dico gravitatem ponderis H ad gravitatem ponderis K eſſe ut AD. AG. Nam gravitas ponderis H





æquatur gravitati ponderis E appenſi in D : & gra-

[1] Invertendo primam analogiam, & ex æquo ordinatè.

vitas


vitas ponderis K æquatur gravitati ponderis E appenſi in G. Vel ſecundò appendiculum erit immobile in B : & pondera inæqualia H K. Dico H ad K eſſe ut AG. AD.

Nam cum pondera H E æquiponderent, item pondera K E.

Erit H. E :: AB. AD. Et K. E :: AB. AG. [1] Ergo.

Prop. VII. Quotcunque datis in libra ponderibus EFHKL ubicunque appenſis puta ex punctis BCDGI, centrum libræ A invenire, ex quo ſi ſuſpendatur libra, data pondera maneant.

Dividatur BC in M ſic ut BM. CM :: F E.



Deinde dividatur GI in N ut GN. NI :: L. K. Iterum dividatur MN in O, ut MO. NO :: KL.EF. Poſtremò dividatur DO in A, ſic ut DA. AO :: EFKL. H.

Eſt igitur punctum A centrum gravitatis magnitudinis compoſitæ ex omnibus EFHKL ponderibus ad eadem libræ puncta ſuſpenſis.

[1] Ergo H. K :: AG. AD. invertendo ſecundam analogiam & ex æquo perturbatè.

Ha-

Habeant brachia libræ proportionem non æqualitatis, ſed aliam quamlibet puta 3 ad 1: Quare pondus 1 appenſum ad finem longioris brachii æqueponderabit ponderi 3 appenſo ad finem brevi-



oris. Jam vero utrique 3 & 1 apponatur æquale pondus, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, &c. & ſic pondera brevioris fient 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, &c. & pondera longioris 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, &c.

Brachium libræ longius graveſcet. Exceſſus autem gravedinis illius ſupra alterum, invenietur dividendo rationem ponderum in æqualitate reſpondentium, nempe $\frac{3}{1}$ per rationem ponderum auctorum $\frac{4}{2}, \frac{5}{3}, \frac{6}{4}, \frac{7}{5}, \frac{8}{6}, \frac{9}{7}, \frac{10}{8}, \frac{11}{9}, \frac{12}{10}$ &c. Quotus ſive ratio exceſſus longioris brachii ſupra brevius orietur, $\frac{3}{2}, \frac{0}{5}, \frac{2}{1}, \frac{15}{7}, \frac{9}{4}, \frac{7}{3}, \frac{12}{5}, \frac{27}{11}, \frac{5}{2}$ &c. (ſic $\frac{12}{0}$) $\frac{3}{1}$ ($\frac{5}{2}$) quare ſi in fine brevioris brachii ſit 6 (3 + 3) & in fine longioris 4 (1 + 3): gravitas longioris erit ad gravitatem brevioris, ut 2 ad 1, hoc eſt dupla. Et ſi in fine brevioris brachii ſit 12 (3 + 9) & in fine longioris ſit 10 (1 + 9): gravitas longioris erit ad gravitatem brevioris, ut 5 ad 2, hoc eſt dupla & ſeſquialtera. Et ſimiliter de reliquis.

Confect. Gravitas longioris brachii augetur ſuper gravitatem brevioris, tum propter majorem brachi-

orum in æqualitatem, tum propter gravitatem majorem utrique æqualiter appoſitam.

Brevius } 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &c. $+ \frac{3}{1} = \frac{4}{2}.\ \frac{5}{3}.\ \frac{6}{4}.$
Longius }

$\frac{7}{5}.\ \frac{8}{6}.\ \frac{9}{7}.\ \frac{10}{8}.\ \frac{11}{9}.\ \frac{12}{10}\ )\ \frac{3}{1}\ (\ \frac{3}{2}.\ \frac{9}{5}.\ \frac{2}{1}.\ \frac{15}{7}.\ \frac{9}{4}.\ \frac{7}{3}.\ \frac{12}{5}.\ \frac{27}{11}.\ \frac{5}{2}$ &c.


Sic $\frac{6}{3}.\ \frac{7}{4}.\ \frac{8}{5}.\ \frac{9}{6}.\ )\ \frac{5}{2}\ (\ \frac{5}{4}.\ \frac{10}{7}.\ \frac{25}{16}.\ \frac{5}{3}.$

DE

DE VECTE.

Prop. I. Potentia in B ſuſtinens pondus E vecti BAC appenſum, & ipſum pondus, ſegmentis vectis à fulcimento A ſunt reciproce proportionalia. Dico AB.AC :: E. potentia in B ſuſtinens pondus E.

Nam fiat AB. AC : : E. H. æquepond. quare potentia æqualis ipſi H conſtituta in B æquiponderabit




ipſi E : hoc eſt prohibebit ne deorſum vergat. At hoc præſtat potentia præſuppoſita in B. Ergo.

Coroll. 1. Pondus quo fulcimento propius eſt, eo minore ſuſtentatur potentia.

Nam fiat AB. AC : : E. H.

Et αB. αC : : E. K.



[1] Et quia αB. αC $\overline{\cdot\cdot}$ AB. AC.


Erit E. K $\overline{\cdot\cdot}$ E. H. Ergo [2] K. $\lhd$ H.

Prop. II. Si pondus E inter fulcimentum & potentiam in B ſuſpendatur : potentia in B ſuſtinens pondus E, & ipſum pondus, ſegmentis vectis à

1 αB. αC. $\overline{\cdot\cdot}$ AB. αC. $\overline{\cdot\cdot}$. AB. AC. per. 8. E. 5.
2 10. E. 5.


fulcimento A ſunt etiam reciprocè proportionalia. Dico AB. AC : : E. potentia in B.

Nam appendatur ex B pondus F = E. [1] Erit AB,



AC : : gravitas F ex B. E ex C. Fiat AB. AC : : pondus E. H : item gravitas : quare F ex B. E ex C : : F ex B. H ex B. æquiponderabit ergo E ex C, & H ex B. Et potentia B = ipſi H. Nam potentia æqualis ipſi H poſita in B, ſuſtinebit ipſum H, ne decidat, quare & ſuſtinebit ipſum E appenſum ex C. ergo.

Coroll. 2. Potentia in B ſemper minor eſt pondere E. Aliter demonſtratur ſic. Fiat AD = AC.



Et ex D ſuſpendatur pondus F = E. Et fiat AB. AD : : F. H. [2] Reliqua ſunt facilia.

Coroll. 3. Si ſint duæ potentiæ, una in B, altera in D : & utraque ſuſtentet pondus appenſum ex A : erunt potentiæ ſegmentis vectis ab A reciproce proportionales : hoc eſt AB. AD : : F. H : & po-

1 Per. 6. libræ.

2 F. E } æquipond. ergo etiam. E. H. æquiponderabunt. Quare.
F. H } Potentia B. = H. &c. ut in priori demonſt.

tentia


tentia in B puncto remotiore ab A minor eſt potentia in D puncto propiore.

Coroll. 4. Utraque potentia ſimul ſumta æquatur ponderi appenſo ex A.

Nam [1] DB.DA::A.H }
Et BD. BA :: A, F } [2] Ergo DB. DB:: A.H+F.


Prop. III. Si pondus E ex altero fine B appendatur, potentia in C ſuſtinens pondus E, & ipſum pondus ſegmentis libræ à fulcimento ſunt reciproce proportionalia.

Dico AB. AC : : potentia in C.E. Nam fiat F=E.



& AB. AC : : H. E. gravit. at AB. AC :: [3] gravitas E ex B. F ex C. æquiponderant igitur E ex B. & H ex C.

Ponatur in C Potentia ſuſtinens pondus H : erit igitur æqualis ipſi H. Quare eadem potentia ſuſtinebit pondus H. Ergo &c.



Aliter demonſtratur ſic. Fiat AD=AB : & pondus E=F. Et AD. AC : : H. F. æquipond. Reliqua ſunt facilia.


1 Utraque per propoſ.
2 Per 12. E. 5. alternando terminos.
3 Per. 6. libræ.

Coroll. V.

Coroll. V. Quo pondus E propius eſt fulcimento A, eo minor potentia in C ipſum ſuſtinebit.

Coroll. VI. Potentia in C ſemper major eſt pondere E.

Prop. IV. S potentia in B moveat pondus E vecti appenſum ex C puncto; Erit ut Bβ ſpatium



potentiæ motæ ad Cγ ſpatium ponderis moti, ſic diſtantia AB à fulcimento ad potentiam, ad diſtantiam AC à fulcimento ad ponderis ſuſpenſionem.

Nam circulorũ circumferentiæ ſunt ut diametri.[1]

Coroll. VII. Ex his manifeſtum eſt Bβ ſpatium potentiæ motæ, ad Cγ ſpatium ponderis moti majorem habere proportionem quam pondus E ad eandem potentiam in B.


Nam potentia in B movens pondus E neceſſariò

1 Et etiam radii per 15. E. 5. ſed arcus ſimiles (quales ſunt Aγc. ABβ. per 3. cor. 33. E. 6.) ſunt ut circumferentiæ.

major

major eſſe debet quam potentia ſuſtinens tantum.
¹ At vero AB.AC:: E. potentia in B ſuſtinens. Ergo.

Prop. V. Potentia in B vecte ſuſtinens pondus E (cujus centrum gravitatis eſt E) ad ipſum pondus eandem habebit proportionem quam diſtantia AC inter fulcimentum & punctum interſectionis lineæ è centro gravitatis perpendicularis plano hori-



zontis cum vecte, ad diſtantiam AB inter fulcimentum & potentiam.


Dico AB. AC :: E. potentia in B.

Nam per ea quæ à Fed. Command. demonſtrantur in 6 propoſ. Archim. de quadra. parabolæ, ſi

¹ Per. 1. de vecte.

ponderis

ponderis E ſuſpenſiones ad vectem ſolvantur reli-




quæ, ipſum tamen pondus ex Puncto C appenſum, eodem modo manebit, ſicut nunc manet.

Prop. VI. & VII. Lemmata ſunt faciIlima, ideoque omittenda cenſui.

Prop. VIII. IX. & X. Potentia in B pondus in E ſuſtinens vel etiam movens, ſi centrum gravitatis ſupra vectem horizonti æquidiſtantem habeat, quo magis pondus ab hoc ſitu vecte elevabitur, majore egebit potentia, quo magis deprimetur, minore. At ſi centrum gravitatis in ipſo vecte habeat,

beat, ſive elevabitur ſive deprimetur, eadem ſemper potentia opus erit.




Ratio ſequitur ex Prop. 5. & ex habitudine duarum rectarum EI, EC è centro gravitatis quarum una eſt perpendicularis vecti, altera plano horizontis.

Coroll. VIII. Hinc facile elicitur, quod in omnibus vectis ſitibus potentiæ in B ſuſtinentes pondus, eandem ſemper ad ſe invicem rationem habeant quam diſtantiæ AC in iiſdem ſitibus.


Prop. XI. Si vectis diſtantia AB inter fulcimentum & potentiam ad diſtantiam AC inter fulcimentum & punctum, ubi à centro gravitatis ponderis

E ducta perpendicularis horizonti vectem ſecat; majorem habuerit rationem quam pondus ad potentiam; pondus à potentia movebitur.

Hoc eſt ſi AB. AC ⌐ E. potentia in B. Nam fiat AB. AC :: H. potentia in B. [1] Quare pondus H



majus eſt pondere E. [2] at potentia in B ſuſtinet pondus H. Ergo potentia in B pluſquam ſuſtinebit, hoc eſt movebit pondus E.




Aliter demonſtratur ſic Fiat. AB. AD :: E. potentia in B. at AB. AC ⌐ E. potentia in B. [3] Quare diſtantia AD major eſt diſtantia AC. [4] At potentia in B ſuſtinet pondus E ex D: Ergo per Corol. 5. Prop. 3. pluſquam ſuſtinebit pondus E ex C.

Prop. XII. Datum pondus E à data potentia in B dato vecte ABC movere. Eſto datum pondus ut 3; & data potentia ut 5; quæ poſita ſit inter fulcimentum A & punctum ſuſpenſionis C:


1 10. E. 5. 2 1. hujus. 3 10. E. 5. 4 3. hujus.

In


In hoc caſu: Dividatur AC in D ut AD. AC :: .5.



In ſecundo caſu. Dividatur AB in D, ſic ut AB. AD :: 5. 3.



In tertio caſu, Dividatur CB in D ſic ut DB. DC :: 5. 3.




Tum quia in [1] ſingulis caſibus punctum D inventum æquat potentiam ponderi : ſumendum eſt juxta D punctum aliud in quo pondus fiat levius, per Prop. 11.

Prop. 13. Quotcunque datis in vecte ponderibus EFK ubicunq; appenſis, puta ex punctis CDG, datoque A fulcimento potentiam invenire, quæ in dato puncto B data pondera ſuſtineat.

[1] Per. 3. 2. 1. hujus.

Fiat E. F. : : MD. MC. tum EF. K : : NG. NM. Et AB. AN : : EFK. H potentia.[1]




Prop. 14. Quotcunque data in vecte pondera EFK ubicunque appenſa, puta ex punctis CDG, à data H potentia in B movere.

Fiat E. F : : MD. MC. Tum EF. K : : NG. NM. Et EFK. H : : AB. AN.

Poſtremò inter A & N ſtatuatur fulcimentum O.[2]

Prop. XV. Quia dum pondera vecte moventur vectis quoque gravitatem habet : Oſtendendum & quomodo inveniatur potentia, quæ in dato puncto datam vectem ſuper datum fulcimentum A ſuſtineat.



Eſt vectis BCDG, & partis vectis AD centrum gravitatis E : partis autem AG centrum gravita-

[1] Quæ data pondera ſuſtinebit. per 5. libræ. & 1. hu. [2] 11. hu

tis

tis F. E quibus rectæ perpendiculares horizonti ducantur EK FL. Suntque partes illæ vectis quaſi duo pondera ex punctis KL appenſa.

Dividatur KL in M, ut KM. ML : : AG. AD. [1] Jam ſi potentia collocanda ſit in puncto B. Fiat AB. AM : : AD + AG. [2] potentia in B. Si vero potentia collocanda ſit in puncto C. Fiat AC. AM :: AD + AG. [3] potentia in C.

Item ſi pondus H vecti appendatur ex puncto B : potentiaque ponenda ſit, ita ut vectem unà cum pondere ſuſtineat.

Invento ut prius puncto M.

Dividatur BM in N, ut BN. NM :: AD + AG.H.


Tum ñat AC,AN :: AD + AG + H.potentia in C.

Vel fiat AB. AN : : AD + AG + H. potentia in B.

1 Quare per 5. libræ, utrumque ſimul ex M. æquiponderabit, ac ſi ex punctis K. L. ſuſpendantur ſeorſim. 2 Quæ ſuſtinebit vectem per. 1. hu. 3 Quæ ſuſtinebit vectem. per 2. hu.

DE

DE TROCHLEA.




Sit pondus P quod plano horizontis ad rectos angulos ſurſum ſit attollendum. Et (ut fieri ſolet) Trochlea duos habens orbiculos, quorum axiculi ſint OV, ſuperne appendatur: & altera trochlea duos etiam habens orbiculos, quorum axiculi ſint AE, infernè ponderi alligetur: ac per omnes utriuſque trochleæ orbiculos circumducatur funiculus, qui in altero ejus extremo, puta in N, nodo religetur. Potentia autem ſuſtinens ſive movens ponatur in S: quæ dum deſcendit, pondus ſurſum ex adverſo attollatur.

Problemata demonſtranda. 1. Quomodo hoc Trochleæ inſtrumentum reducatur ad vectem. 2. Cur magnum pondus ab exigua virtute. 3. Et quomodo, 4, quantoque in tempore moveatur. 5. Cur funis in uno capite debet eſſe religatus. 6. quodque ſuperioris, 7 quodque inferioris trochleæ ſit officium. 8. Et quomodo omnis in numeris data

propor-

proportio inter potentiam & pondus inveniri poſſit.

Lemma. Sit vectis CB bifariam diviſus in A, cujus fulcimentum ſit B: & ſit potentia in C, ſuſtinens pondus appenſum ex A: Dico potentiam in C æqualem eſſe reſiſtentiæ fulcimenti: & utramque ponderis eſſe ſubduplam. Eſt enim [1] BC.



BA :: P. potentia in C. at BA = ½ BC. Et quia potentia in C una cum fulcimento in B ſuſtinet pondus P: potentia autem in C eſt ponderis ſubdupla, neceſſe eſt ut fulcimentum in B ſaltem æqualiter reſiſtat ponderis gravitati: alioquin ſuſtineri pondus non potuerit, ſed deorſum movebitur. Sufficit autem ad ponderis immobilitatem ut æqualiter ipſi potentiæ reſiſtat. Ergo fulcimenti reſiſtentia eſt etiam ponderis ſubdupla. Et graveſcit pondus ſuper fulcimento æqualiter dimidio ſui.

Aliter ſic. Loco fulcimenti ponatur in B potentia, una cum potentia in C, ſuſtinens pondus P: [2] utraque ponderis dimidium ſuſtinebit.


Prop. I. Si funiculus Trochleæ ſuperne appenſæ orbiculo circunducatur, alterumque ejus

1 Per 2. hujus. 2 Per 2. 3. corol. 2, hujus.

extre-

extremum ponderi alligetnr, alterum à potentia pondus ſuſtinente teneatur: erit potentia ponderi æqualis: poteritque idem pondus ab eadem potentia abſque trochleæ hujus auxilio nihilominus ſuſtineri.

Nam quia rectæ CP BS ſunt plano horizontis [1] perpendiculares, tanguntque orbiculum in CB,




diameter CAB erit [2] parallela horizonti. Eſtque diameter CAB quaſi vectis, habens fulcimentum in centro A. Itaque cum diſtantia AC = AB: potentiaque in S, hoc eſt in B, ponderi P appenſo ex C [3] æquiponderet: erit potentia in S æqualis ponderi P. Ideoque ipſum abſque Trochlea ſuſtinebit.

1 Ex hyp. 2 Per 18. E. 3. & 28. E. 1. 3 Per 1. Vect.

Prop. II.

Prop. 2. & 3. Si funiculus Trochleæ ponderi alligatæ orbiculo circumducatur, alterumque e-



jus extremum alicubi in N religetur, alterum à potentia pondus ſuſtinente detineatur (ſive adhibeatur Trochlea ſuperior ſive non adhibeatur) erit potentia ſuſtinens ponderis ſubdupla.


Ratio patet ex Lemmate præmiſſo. Nam cum potentia in S vel B trochlea pondus P ſuſtinere debeat, funiculum ex altero extremo religatum eſſe oportet, puta in N: ita ut N æqualiter ſaltem potentiæ in S vel B reſiſtat: alioquin potentia in S nullatenus pondus ſuſtinere poſſet. Eſtque BAC tanquam vectis: cui inſtar fulcimenti eſt

punctum C, exiſtente funiculo NC immobili: pondus autem ex A appenſum, quia trochlea ſuſtinetur axiculo A, ideoque pondus P in eodem quoque axiculo ſive centro ponderabit.

[1] Quare BC. CA : : P. potentia in B vel S. At CA = $\frac{1}{2}$ BC.

Nec Sane differentiam aliquam in ratione facit ſuperior Trochlea, in tribus poſterioribus Schematibus: ſicut ex prop. 1. apparebit.

Prop. IV. & VIII. Si ſit unus vectis vel plures, BAC, DEG, HIK, bifariam diviſi, in AEI, quorum fulcimenta ſint CGK, Et pondus P appenſum ex mediis punctis AEI, ſintque plures



potentiæ æquales; una in mediis illis punctis tanquam uno, reliquæ in ſingulis terminis BDH, pondus ſuſtinentes: Dico unamquamque ex dictis potentiis ſeorſim ponderis eſſe ſubmultiplicem denominatione compoſita ex unitate & totidem binariis quot ſunt vectes, hoc eſt ſi unus ſit vectis eſſe ſubtriplam: ſi duo ſunt vectes

1 Per 2. Vect.

eſſe

eſſe ſubquintuplam : ſi tres ſubſeptuplam, &c.

Nam cum potentia in medio vectium ſuſtineat unam partem denominativam ponderis : ſitque potentia æqualis in extremo duplo fortior quam in medio, quoniam eſt [1] CA. CB : : potentia in B. potentia in A : ſingulæ potentiæ in extremis ſuſtinebunt binas ejuſmodi partes. Ergo.

Prop. VI. Si ſint plures vectes BAC DEG HIK, bifariam diviſi in AEI, quorum fulcimenta ſint CGK & pondus P appenſum ex mediis punctis AEI, ita ut ex omnibus æqualiter ponderet, ſintque potentiæ æquales in ſingulis terminis BDH pondus ſuſtinentes : Dico unamquamque ex dictis potentiis ſeorſim ponderis eſſe ſubmultiplicem denominatione dupla numero vectium, hoc eſt ſi duo ſint vectes eſſe ſubquadruplam, ſi tres ſubſextuplam. &c.

Nam CA. CB : : potentia in B. pars ponderis quam ſuſtinet.

Et GE. GD : : potentia in D. pars ponderis quam ſuſtinet.

Et KI. KH : : potentia in H. pars ponderis quam ſuſtinet.

At vero potentiæ ſunt inter ſe æquales, & ſubduplæ ad partem ponderis quam ſuſtinent (ut ex proportionibus patet :) Quare unaquæque potentia ſuſtinebit trientem ponderis, & æquivalet ſextanti.


1 Per 2. Vect.

Poterat quidem hæc propoſitio commode conjungi cum 2 præcedentibus.

Prop. V. & IX. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne ſuſpenſa, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus, cujus unum extremum inferiori trochleæ religatur, alterum à potentia pondus ſuſtinente detinetur: erit potentia ponderis ſubmultiplex denominatione compoſita ex unitate & totidem binariis, quot ſunt in inferiori trochlea orbiculi, hoc eſt ſi unus ſit orbiculus, ſubtripla; ſi duo ſint orbiculi, ſubquintupla; ſi tres ſubſeptupla, &c. Ratio ſequitur ex 4 & lemmate.

Nam funiculus FN eſt ut potentia ſuſtinens orbiculum ac ſi in A centro eſſet: & potentia in S ac ſi eſſet in B.

Eſt igitur BAC tanquam vectis cujus fulcimentum C.



pondus vero P appenſum ex A à duabus potentiis una in centro altera in B æqualiter ſuſtentatur. In Superiori enim trochlea diameter FML eſt tanquam vectis habens fulcimentum in axiculo ſive centro M. Ideoque pondera F & L ſuſtinet æqualia: & tam ſuſtinet FN quam LC. Deinde quoniam ex medio vecte BAC pondus P ſuſpenditur, idcirco potentiæ in BC pondus ſuſtinentes ſunt æquales:

quare

quare tam ſuſtinebit SB quam LC. funiculi SB FN LC igitur æqualiter pondus ſuſtinebunt. Ergo.

Prop. VII. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne ſuſpenſa, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus cujus unum extremum ſupra alicubi religatur, alterum à potentia pondus ſuſtinente detinetur; erit potentia ponderis ſubmultiplex denominatione dupla numero orbiculorum in inferiori trochlea, hoc eſt, ſi unus eſt orbiculus, ſubdupla: ſi duo ſint orbiculi, ſubquadrupla: ſi tres ſubſextupla, &c. Ratio ſequitur ex 6 &lemmate.




Nam diametri orbiculorum BAC DEG FML ſunt tanquam vectes horizonti æquidiſtantes: & quia in vecte FML, fulcimentum eſt M, funiculi FB LD æqualiter ſuſtinent. Et quia pondus dependet ex AE mediis punctis vectium BAC DEG funiculi FB NC æqualiter ſuſtinent: item funiculi SG LD. quare omnes funiculi SG FB NC LD æqualem partem ponderis P ſuſtinent: & pondus in utraque vecte BAC DEG æqualiter ponderabit. Ergo.

Coroll. I. Manifeſtum eſt ex prop. 2. 4. 5.

7. & 9. ſingulos funiculos trochleam inferiorem pertingentes æqualem totius ponderis partem æqualiter ſuſtinere. Ideoque inferiorem trochleam cui pondus alligatur efficere ut pondus minore potentia ſuſtineatur, quod quidem trochlea ſuperior non efficit.

Prop. X. Si trochleæ ſurſum appenſæ orbiculo funiculus fuerit circumductus, cujus alteri extremo alligatum ſit pondus, in altero potentia movens collocata : primò movebit hæc vecte horizonti ſemper æquidiſtante.



Nam dum CS tendet in $\kappa\sigma$ remanet ſemper $CS\sigma$ horizonti perpendicularis, circulumque tangens in puncto C, per centrum A linea horizonti ſemper parallela, quod idem etiam evenit funiculo BZ & puncto B. Quare dum orbiculus circumvertitur, ſemper movetur vectis BC, ſemperque adhuc remanet alter vectis BC horizonti parallelus. Ergo.


Secundo ſpatium potentiæ pondus moventis æquale eſt ſpatio ejuſdem ponderis moti. Nam $Z\zeta = S\sigma$.

Tertio eadem potentia idem pondus (ſive cum trochlea ſurſum appenſa, ſive abſque ipsâ tro-

chlea)

chlea) per æquale Spatium in æquali tempore movebit: dummodo lationes velocitate ſint æquales.

Prop. XI. & XII. Si trochleæ ponderi alligatæ orbiculo funiculus fuerit circumductus, cujus unum extremum alicubi ſurſum religetur, alterum à potentia pondus movente detinetur: primò movebit hæc vecte horizonti ſemper æquidiſtante.



Nam cum potentia in S dum tendit ſurſum attollendo orbiculum, ſemper movetur in recta limea B S σ parallela ipſi NC: etiam orbiculi centrum A in recta linea Z A α movebitur. Ducta recta diamerro $\beta \alpha \kappa$ horizonti parallela, orbiculus tanget funiculos BS CN in partibus $\beta \kappa$. Fiat $P\pi = A\alpha$. Quando orbiculi centrum eſt α, pondus P erit in π, & potentia movens S aſcendit in σ. Quare dum orbiculus movetur & circumvertitur ſemper movetur vectis B C, ſemperque adhuc remanet alter vectis $\beta \kappa$ horizonti parallelus. Ergo.


Secundo ſpatium potentiæ pondus moventis duplum eſt ſpatii ejuſdem pon-

deris

deris moti. Nam cum funiculus $N\kappa + \kappa C +$ $CXB + B\beta + \beta S = N\kappa + \kappa\xi\beta + \beta S + S\sigma$. demtis igitur æqualibus reſtat $\kappa C + B\beta = S\sigma$. Ergo.[1]

Tertiò eadem potentia idem pondus fune circa orbiculum trochleæ ponderi alligatæ, in æquali tempore per dimidium ſpatium movebit, quam abſque trochlea: dummodo lationes velocitate ſint æquales. Nam ſpatium $Z\zeta = \frac{1}{2} S\sigma$.

Prop. XIV. Et ſi ſingulis duarum trochlearum orbiculis quarum altera ſuperne ſuſpenſa, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus, cujus unum extremum alicubi ſurſum non quidem ſuperiori trochleæ religatur, alterum à potentia pondus movente detinetur: Erit ſpatium potentiæ pondus moventis ad ſpatium ponderis moti multiplex denominatione dupla numero orbiculorum in inferiori trochlea: hoc eſt, ſi duo fuerint orbiculi, quadrupla; ſi tres, ſextupla, &c.




Demonſtratio ſatis manifeſt. Ex priore.

Prop. XIII. & XIV. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne ſuſpenſa, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus, cujus unum extremum inferiori tro-

1 $S\sigma$ duplum $A\kappa = B\beta$ vel KC per 34. E. 1.

chleæ:

chleæ religatur, alterum à potentia pondus movente detinetur. Erit ſpatium potentiæ pondus




moventis ad ſpatium ponderis moti multiplex, denominatione compoſita ex unitate, & totidem binariis quot ſunt in inferiori trochlea orbiculi, hoc eſt, ſi unus ſit orbiculus, tripla; ſi duo, quintupla; ſi tres ſeptupla, &c.

Nam fiat $P\pi = A\alpha = N\nu$. Quando uncus **N** eſt in ν, erit orbiculi centrum A in α, & pondus P in π & potentia movens S aſcendet in σ. Quare

funiculus $N\nu + \nu\underline{F\gamma I}\varkappa + \varkappa C + \underline{CXB} + B\beta + \underline{\beta S} = \underline{\nu F\gamma L\varkappa} + \underline{\varkappa\xi\beta} + \underline{\beta S} + S\sigma$. demtis igitur æqualibus reſtat $N\nu + \varkappa C + B\beta = S\sigma$. Ergo.

Coroll. II. Manifeſtum eſt ex 10, 11, 12, 13, & 14; Ita ſe habere pondus ad potentiam ipſam ſuſtinentem, ſicut ſpatium potentiæ moventis ad ſpatium ponderis moti. Scil: reciproce.



Prop. XV. Si trochleæ à potentia ſuperne ſuſtentatæ orbiculo funiculus fuerit circumductus; cujus unum extremum alicubi religatur, ex altero pondus P appendatur: Erit potentia pondus ſuſtinens ipſius ponderis dupla. Nam quia potentia in S, ſuſtinet orbiculum in centro A: & funiculus N C eſt immobilis, erit BAC tanquam vectis cujus fulcimentum eſt C. Quare CB. CA: : potentia in A. P. At CB = 2 CA. ergo.

Aliter ſic. Loco unci N, appendatur ex N pondus æquale ipſi P. æqueponderabunt igitur: & potentia in A ſuſtinens ambo, erit ambobus æqualis. Ergo dupla unius.


Prop. XVI. Si trochleæ à potentia ſuperne motæ orbiculo funiculus fuerit circumductus, cujus unum extremum alicubi religatur, ex altero pondus appendatur: Primo movebit hæc vecte

horizon-

horizonti ſemper æquidiſtante. Et ſecundo ſpatium ponderis moti duplum eſt ſpatii potentiæ moventis Quare Tertio, Eadem potentia idem pondus ope unius orbiculi trochleæ ſuperioris ſurſum motæ in æquali tempore per duplum ſpatium movebit, quam abſque trochlea: dummodo lationes velocitate ſunt æquales.

Demonſtratio ſimilis erit ei quæ ante ad Prop. XI.

Prop. XVIII. Et ſi ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne à potentia in S ſuſtentata: altera inferne alligata fuerit, circumducatur funiculus cujus unum extremum alicubi deorſum non quidem inferiori trochleæ religetur, ex altero pondus appendatur. Erit potentia pondus ſuſtinens ipſius ponderis multiplex, denominatione dupla numero orbiculorum in ſuperiore trochlea: hoc eſt, ſi unus ſit orbiculus, dupla; ut in 15: ſi duo orbiculi, quadrupla; ſi tres ſextupla, &c.




In ſchemate ratio potentiæ ad pondus eſt quadrupla: Nam potentia in C, ſuſtinens pondus P funiculo C L F D G P, vel potentia in G ſuſti-

nens pondus funiculo G P, [1] æqualis eſt ponderi, at per 15 potentia in E ſuſtinens pondus P dupla eſt potentiæ in G: & potentia in A ſuſtinens idem pondus dupla eſt potentiæ in C. Quare duæ potentiæ in A E duplæ ſunt ponderis P. At cum potentia in S orbiculis ſuſtinet pondus P: erit potentia in S ac ſi duæ eſſent potentiæ una in A altera in E: & utræque ſimul pondus ſuſtinerent. Ergo potentia in S ipſius ponderis quadrupla.

Aliter ſic. Diametri orbiculorum BAC. DEG. FML ſunt tanquam vectes horizonti æquidiſtantes. Et quia in vecte FML fulcimentum eſt M, funiculi D F C L æqualiter tenduntur: Et quia in vectibus BAC, DEG fulcimenta ſunt A E, funiculi B N C L æqualiter tenduntur: item funiculi D F G P. Quare omnes funiculi D F B N C L G P æqualiter tenduntur à potentia in S è punctis A E tanquam uno: hiſce autem tenſionibus æqualiter reſiſtunt potentiæ in NFL & pondus P. Ergo Potentia in S equalis eſt potentiis in N F L & pondus P: hoc eſt quatuor P ponderibus.

1 Per. 1 Hu.

Prop.



Prop. XVII. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne à potentia in S ſuſtentata, altera inferne alligata fuerit, circumducatur funiculus cujus unum extremum ſuperiori trochleæ religatur, ex altero pondus appendatur: Erit potentia pondus ſuſtinens ipſius ponderis multiplex, denominatione compoſita ex unitate & totidem binariis quot ſunt in trochlea ſuperiori orbiculi. hoc eſt, ſi unus ſit orbiculus, tripla; ſi duo, quintupla; ſi tres ſint orbiculi, ſextupla, &c.

In ſchemate ratio potentiæ in S ad pondus P tripla.

Nam ſi duæ eſſent potentiæ pondus P ſuſtinentes, una in A, alteræ in B, erunt utræque ſimul triplæ ponderis P. potentia enim in B eſt æqualis ponderi P, & potentia in A ipſius dupla. at potentia in S eſt utrique æqualis quia ſola pondus ſuſtinet. Ergo.


Aliter ſic. Diametri orbiculorum BAC FML, ſunt tanquam vectes horizonti æquidiſtantes. Et quia in vecte FML fulcimentum eſt M, funiculi FN LC æqualiter tenduntur. Et quia in vecte BAC fulcimentum eſt A funiculi BP NF CL æqualiter tenduntur à potentia in S. hiſce autem

tenſio-

tenſionibus æqualiter reſiſtunt potentiæ in punctis FL & pondus P. Ergo potentia in S æqualis eſt omnibus, hoc eſt tribus P ponderibus.

Ad Prop. XVII. & XVIII. Item ſi S ſit potentia movens pondus: Erit ſpatium ponderis moti tam multiplex ſpatii potentiæ moventis.

Prop. XIX. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne ſuſpenſa, altera inferne à potentia ſuſtinente detenta fuerit, circumducatur funiculus, cujus alterum extremum alicubi ſurſum non quidem ſuperiori trochleæ religatur; ex altero pondus appendatur, Erit potentia in S pondus P ſuſtinens ipſius ponderis multiplex denominatione dupla numero orbiculorum in inferiore trochlea: hoc eſt; ſi unus ſit orbiculus, dupla; ſi duo quadrupla, &c.




Nam cum per 3, Potentia in P ſuſtinens pondus appenſum ex S æquale ipſi P ſubdupla ſit ejuſdem ponderis: potentia in S æqualis eidem ponderi ſuſtinebit pondus P potentiæ in P æquale: ponderiſque P dupla erit.

Aliter

Aliter ſic, Potentia in C [1] æqualis eſt ponderi P. Quare in vecte BAC cujus fulcimentum B ſit pondus appenſum ex C potentia in S vel A ſuſtinens pondus erit per 15, dupla ipſius ponderis.

Item ſi in S ſit potentia movens, erit ſpatium ponderis P moti duplum ſpatii potentiæ in S pondus moventis.

Prop. XX. & XXI. Generaliter ſic tradentur. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis quarum



altera ſuperne à potentia ſuſtentata, altera inferne

1 Per 1. hu.

ponderi

ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus, cujus unum extremum alterutri trochleæ religatur, alterum alicubi ſurſum: Erit potentia in S ad pondus P, ut numerus funiculorum pertingentium ſuperiorem trochleam, ad numerum funiculorum pertingentium inferiorem.

Nota quod impar funiculus pertingit illam trochleam cui funiculi extremum religatur.

In primo ſchemate ratio eſt ſubſeſquialtera ſive 2 ad 3.

In ſecundo ſchemate ratio eſt ſubſeſquitertia, ſive 3 ad 4.

Nam (20) cum [1] ſinguli funiculi LC, NF, BT ſuſtinent tertiam partem ponderis P.


Erit utraque potentia CN ſubtripla ponderis P. At potentia in S utrique eſt æqualis, quare potentia in S eſt $\frac{2}{3}$ ponderis P. Ergo.

Nam (21) cum ſinguli funiculi BL CN, BF DT ſuſtineant quartam partem ponderis P, erunt tres potentiæ BBC ſubquadruplæ ponderis P: at potentia in S eſt tribus æqualis, quare potentia in S eſt $\frac{3}{4}$ ponderis P. Ergo.

1 Per 7. hu.

Prop. XXII.

Prop. XXII. Generaliter ſic tradi potuerit. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne à potentia ſuſtenta, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus,



cujus unum extremum alterutri trochleæ religarur, alterum alicubi deorſum : Erit potentia in S ad pondus P ut numerus funiculorum pertingentium ſuperiorem trochleam, ad numerum funiculorum pertingentium inferiorem.

Nota quod impar funiculus pertingit illam trochleam cui funiculi extremum religatur.

In primo ſchemate ratio eſt ſeſquialtera ſive 3 ad 2.

In ſecundo ſchemate ratio eſt ſeſquitertia ſive 4 ad 3.

In tertio ſchemate ratio eſt ſeſquiquarta ſive 5 ad 4.

Nam cum per 2 potentia in F ſuſtinens pondus P ſubdupla ſit ponderis: potentia vero in M dupla potentiæ in F: erit potentia in M ponderi æqualis. Et cum potentia in N vel C ſubdupla ſit ponderis P: erunt utræque ſimul potentiæ in M N ſeſquialteræ ponderis P (ſcil: $\frac{2}{2} + \frac{1}{2}$ eſt $\frac{3}{2}$) Ergo cum potentia S duabus potentiis M N ſimul ſumtis ſit æqualis, erit $\frac{3}{2}$ ponderis P. Item per 13, & Coroll. 2, Potentia in D ſuſtinens pondus P [1] ſubtripla eſt ponderis: potentia autem in E dupla potentiæ in D, erit potentia in E $\frac{2}{3}$ ponderis P, & cum potentia in M vel N, vel B ſubtripla eſt ponderis: potentia autem in A dupla potentiæ in B, erit potentia in A $\frac{2}{3}$ ponderis P, Ergo duæ potentiæ in A E ſimul ſumtæ (hoc eſt potentia in S) ſunt $\frac{4}{3}$ ponderis P.

Item ſi in S ſit potentia movens erit ſpatium ponderis moti ad ſpatium potentiæ moventis in ſimili ratione.

1 Per 1. cor. hu.


Prop. XXIII.

Prop. XXIII. Et ſi ſingulis duarum trochlearum orbiculis quarum altera ſuperne à potentia ſuſtenta, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus cujus utrumque extremum alicubi deorſum non quidem ſuperiori trochleæ religatur: Erit ratio potentiæ ad pondus ut numerus orbiculorum ſuperiore trochlea ad numerum orbiculorum in inferiore, hoc eſt, ſi tres ſint in ſuperiore & duo in inferiore ſeſquialtera, &c.

Nam ſi trochlea inferior habeat duos orbiculos, pertingunt ipſum quatuor funiculi, quorum unuſquiſque ſuſtinet [1] quartam partem ponderis: omnes ſunt $\frac{4}{4}$ ponderis. Et potentiæ in centris trium orbiculorum ſuperioris trochleæ ſimul ſumtæ (hoc eſt, potentia in S) ſunt $\frac{3}{2}$ ponderis: ratio autem $\frac{3}{2}$ ad $\frac{4}{4}$ eſt ut 3 ad 2.

1 Per 1. Cor. hu.

Prop. XXIIII. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis quarum altera ſuperne à potentia ſuſtenta, altera inferne ponderi alligata fuerit,



circumducatur funiculus, cujus unum extremum alicubi ſurſum, alterum alicubi deorſum non quidem trochleis religatur: Erit potentia ponderi æqualis.

Nam potentia in T vel F vel B ſuſtinens pondus P eſt ſubdupla ponderis; potentia autem in M vel S dupla potentiæ in F. Erit potentia in S æqualis ponderi.

Nam

At trochlea diſpoſita ut in ſchem. 2. ſi in F L duæ eſſent potentiæ pondus P ſuſtinentes, foret per 7, utraque ſeorſim ſubquadrupla ponderis: potentia autem in S dupla eſt utriuſque potentiæ in F L ſeorſim: quare potentia in S æqualis eſt potentiis in F L ſimul ſumtis. Ergo potentia S eſt $(\frac{1}{4}+\frac{1}{4})\ \frac{2}{4}$ ponderis P.

Item ſi S ſit potentia movens erit ſpatium ponderis moti ad ſpatium potentiæ moventis in ſimili ratione.


Motus hic ſic fit. Vectis B A C fulcimentum eſt C. potentia in B vel F, pondus in A: Vectis D E G fulcimentum in D, potentia in G vel L pondus in E. Et quia potentiæ in F L ſunt æquales, vectis F L in neutram movebitur partem, ideoque nec orbiculus circumvertetur, ſed tantum directe aſcendet.

Prop. XXV. Si ſingulis duarum trochlearum orbiculis, quarum altera ſuperne à potentia ſuſtenta, altera inferne ponderi alligata fuerit, circumducatur funiculus cujus utrumque extremum alicubi ſurſum non quidem ſuperiori trochleæ religatur, Erit ratio potentiæ ad pondus ſicut numerus orbiculorum ſuperioris trochleæ ad numerum orbiculorum inferioris. hoc eſt, ſi

duo

duo orbiculi ſunt in ſuperiore trochlea, & tres in inferiore ſubſeſquialtera, &c.


Nam ſi trochlea inferior habeat tres orbiculos, pertingunt ipſam ſex funiculi, quorum unuſquiſque ſuſtinet ſextam partem ponderis: Quatuor igitur funiculi qui pertingunt ſuperiorem trochleam ſuſtinebunt $\frac{4}{6}$ ſive $\frac{2}{3}$ ponderis.



Vel ſi in B G eſſent duæ potentiæ pondus P ſuſtinentes, foret per 2 utraque ſubdupla ponderis P: potentia autem in A dupla eſt potentiæ in B, & potentia in E dupla eſt potentiæ in G, quare potentiæ duæ in AE ſimul ſumtæ (hoc eſt potentia in S) duplæ ponderis P. Item ſi in S ſit potentia movens erit ſpatium ponderis moti ad ſpatium potentiæ moventis in ſimili ratione.

Prop. XXVI.

Prop. XXVI. Proportionem ſuperpartientem invenire. Eſto proportio ponderis ad potentiam ſuſtinentem ut 5 ad 3 invenienda.



Exponatur per 9 potentia in A pondus P ſuſtinens, ſic ut potentia ponderis ſit ſubquintupla.

Deinde

Deinde eodem funiculo circa alios orbiculos circumducto inveniatur per 17 potentia in S quæ tripla ſit potentiæ in A.

Nam quia pondus P ad potentiam in A eſt ut 5 ad 1: Et potentia in A ad potentiam in S, ut 1 ad 3: Ergo erit pondus P ad potentiam in S ut 5 ad 3. atque hoc modo reliquæ omnes proportiones ponderis ad potentiam (puta 7 ad 4, vel 8 ad 3 &c.) inveniri poterunt.

Et hoc quidem unico factum eſt funiculo: poteſt autem pluribus funiculis præſtari.

Eſto proportio ponderis ad potentiam ſuſtinentem, ut 5 ad 2 invenienda.

Quia ratio 5 ad 2 componitur ex ratione 5 ad 4 & 4 ad 2.

Exponatur primo per 22 potentia in A pondus P ſuſtinens, ad quam pondus ſit ut 5 ad 4.

Deinde alio fune inveniatur (per 2) potentia in C quæ ſubdupla ſit potentiæ in A.

Nam quia P. A : : 5. 4 }
Et A. S : : 4. 2 } Ergo

In hoc exemplo potentia in S ſuboctupla eſt ponderis P.

At potentia in B ſubquadrupla ponderis P.

Item potentia in A ſubdupla ponderis.

Atque hoc modo minui potentia poterit in infinitum ſubduplando.

Prop. XXVII.

Prop. XXVII. Datum pondus à data potentia trochleis movere. Eſto datum pondus ut 60: potentia vero ut 13 : per 9 Inveniatur potentia ſuſtinens pondus, ad quam pondus ſit ut 60 ad 12 (hoc eſt, ut 5 ad 1) Quoniam igitur potentia ut 12 ſuſtinet pondus datum, potentia ut 13 ipſum movebit.

Prop. XXVIII. Propoſitum ſit efficere potentiam pondus moventem, & pondus, per data ſpatia ſibi invicem commenſurabilia moveri.


Eſto datum ſpatium potentiæ ut 3, ponderis vero ut 4. Inveniatur potentia ſuſtinens pondus, quæ ponderis ſit ſeſquitertia (hoc autem fit per 20 21 22) Ergo per Coroll. 2.

Coroll. 3. ſpatium potentiæ moventis, ad ſpatium ponderis moti majorem habet proportionem quam pondus ad potentiam.

Coroll. 4. Quo pondus facilius movetur, eo tempus majus eſt: quo vero difficilius, eo minus eſt. Et è converſo.

De Peritrochio.

PEritrochii axis eſt qui duobus ſuſtentaculis nititur; ejus centrum A, ſemidiameter AB Axi autem orbis, in quo ſunt Scytalæ, quod tympanum dicitur affigitur : ita ut moto tympano per ſcytalas moveatur & axis.



Axi etiam pondus appenditur fune, qui axi religatur, & dum pondus ſurſum movetur circa axem revolvitur : 1 Potentia S pondus P ſuſtinens axe in Peritrochio, eſt ad pondus, ut ſemidiameter axis AB, ad ſemidiametrum tympani una cum ſcytala AD + DC.

1 Per 1. Vec.


De

DE CUNEO.

Cuneus in ſcindendo pondere eſt inſtar duorum vectium ſibi invicem contrariorum.

Duo Vectes contrarii ſunt B A C B E D, in quibus conſiderari poteſt potentia in C D : fulcimentum in B, & pondera in A E vel potius fulcimenta in AE : & pondus in B.

Dum Cuneus findit lignum F G H K baſis puncta H K immota ſunt centra motus punctorum G F quæ in fiſſura moventur per arcus G L F M.



Dico 6° Eq + 2 Xq &c: ſicut in 4°.

V. Ordinatum eſt in cap. 18. Clau. Math. quod Q: $\frac{A+E}{2}$ = Q: $\frac{A-E}{2}$ + Æ. Et Q: Aq + Eq = Q: Aq - Eq + 4 Æq.

At vero in triangulo rectangulo Hq = Bq + Cq: per 47 e.i.

Aſſumptis igitur binis numeris A, E, triangulum rectangulum licet fabricare: hoc modo,

A, E	. Aq	. Eq.
Vel $\frac{A+E}{2}$	. $\sqrt{Æ}$	. $\frac{A-E}{2}$

Vel

Vel Aq + Eq . 2 Æ . Aq - Eq.
Hypotenuſa . Cathetus . Baſis.

Et quia continuè proportionales ſunt, tum A. √ Æ. E. tum Aq. Æ. Eq: triangulum rectangulum conſtituent trium continue proportionalium, vel medius cum mediorum ſemiſumma atque ſemidifferentia: vel medius duplex cum ſumma atque differentia eorundem: uti in ſuperiore exemplo liquet.

VI. In triangulo rectangulo, ſumma hypotenuſæ & baſis, cathetus, & differentia hypotenuſæ & baſis ſunt ∺

Nam hypotenuſæ & baſis ſumma eſt 2 Aq: & differentia 2Eq; quare. Item hypotenuſæ & catheti ſumma eſt Zq. differentia Xq. Item laterum circa rectum ſumma eſt ZA + XE: differentia ZE ∾ XA. Item laterum circa rectum & hypotenuſæ ſumma eſt 2 Æ + Aq: Et differentia 2 Æ - Eq.

Invenire duos illos numeros, ex quibus triangulum rectangulum fabricatur.

Latus unius rectum hypotenuſæ tum addes tum auferes: erunt ſemiſummæ & ſemidifferentiæ √q, duo numeri quæſiti. ut △ 13, 12, 5, numeri fabricatores ſunt $\sqrt{\frac{13+5}{2}}$ & $\sqrt{\frac{13-5}{2}}$ hoc eſt 3 & 2. vel etiam ſunt $\sqrt{\frac{13+12}{2}}$ & $\sqrt{\frac{13-12}{2}}$.

Refer huc 13.

VII. Si

VII. Si duo numeri quadrati alios duos numeros quadratos multiplicent, uterque utrumque, quatuor facti erunt quadrati proportionales: eorumque omnium ſumma componitur ex quadratis ſummæ laterum extremorum, & differentiæ mediorum: vel ex quadratis differentiæ laterum extremorum & ſummæ mediorum.

Sunto quatuor quadrati factores, Cq, Dq, Fq, Gq. Ex his facti erunt Cq Fq. Cq Gq :: Dq Fq. Dq Gq. horum autem ſumma eſt vel $Q:CF + DG: + Q:CG - DF:$ vel etiam

$$Q:CF - DG: + Q:CG + DF.$$ Nam

$$Q:CF + DG = Cq\,Fq + \underline{2\,CFDG} + Dq\,Gq.$$

$$Q:CG - DF = Cq\,Gq - 2\,CGDF + Dq\,Fq.$$

item

$$Q:CF - DG = Cq\,Fq - 2\,CFDG + Dq\,Gq.$$

$$Q:CG + DF = Cq\,Gq + 2\,CGDF + Dq\,Fq.$$

VIII. Atque hinc (& quia ſi trianguli latera tria ducantur in eundem numerum, fit novum triangulum ſimile) datis duobus triangulis rectangulis diſſimibus, HCB & hcb duo alia triangula rectangula poterunt fabricari. Ex. gr.

$$Hqhq = Hqcq + Hqbq. =$$

$$Cqcq + Bqcq :: Cqbq + Bqbq.$$ Quare.

$$Hqhq = Q:Cc + Bb: + Q:Bc - Cb.$$

$$Hqhq = Q.Cc - Bb.: + QBC + Cb.$$

Hypoten; Latera circa rectum angulum

Refer huc 14.

IX. Invenire

IX. Invenire tria triangula rectangula ſic ut ſolidus ſub cathetis ad ſolidum ſub baſibus ſit ut quadratus numerus ad quadratum numerum.

	H	C	B
Sunto tria triangula.	Hq + Cq.	2 HC.	Hq-Cq = Bq
	Hq + Bq.	2 HB.	Hq-Bq = Cq.

Factus à tribus cathetis eſt 4 Hq Cq in B.
Factus à tribus baſibus eſt Bq Cq in B.

Nota quod ſolidi variari poſſunt quadrifariam.

X. Invenire duo triangula rectangula, ſic ut planus ſub cathetis, minutus plano ſub baſibus conſtituat numerum quadratum, cubicum, quadrato-quadraticum, &c.

Sumantur 2 C $<$ B ſintque

	H	C	B
Duo triangula.	4 Cq + Bq.	4 CB	4 Cq-Bq.

Hic differentia planorum ſub cathetis & baſibus eſt B c. Sed ſi trianguli poſterioris latera applicentur ad B, differentia foret Bq. Si vero multiplicentur per B foret Bqq. Si per Bq, foret Bq c. Et ſic de reliquis.

XI. Invenire duo triangula rectangula ſic ut planus ſub cathetis, auctus plano ſub baſibus, conſtituat numerum. Q: C: QQ^um^ : &c.

Sumantur B $<$ 2 C. ſintque.

H	C	B
Bq + 4 Cq.	4BC.	Bq-4Cq.

Hic ſumma planorum ſub cathetis & baſibus eſt B c. Sed ſi trianguli poſterioris latera adplicentur

ad

ad B vel ducantur in B: vel in Bq: &c. Summa foret numerus Q^us vel QC^us &c.

XII. Invenire tria triangula rectangula, ſic ut ſolidus ſub hypotenuſis, ad ſolidum ſub Cathetis, ſit ut quadratus numerus ad quadratum numerum. Inveniantur per alterutram è proxime præcedentibus, duo triangula ſic ut planus ſub cathetis minutus, vel etiam auctus plano ſub baſibus, conſtituat numerum quadratum. Et ex duobus illis fabricetur tertium, ſumendo pro Catheto Cc-Bb vel etiam Cc + Bb & ſic utrobique tiangulum tertium erit $\frac{4CqH+BqH.}{B}$ Bq. 3 $\frac{CBq+4cCq.}{B}$

XIII. Cq + Bq [Hq] + 2 CB = QC + B Et Cq + Bq [Hq] -- 2 CB = Q: C-B.

XIV. Liquet ex 7 ſi duorum quadratorum ſumma, ducatur in ſummam duorum aliorum quadratorum, factus componetur bis ex binis quadratis nempe ex quadrato ſummæ laterum à duobus factis extremis cum quadrato differentiæ laterum à duobis factis mediis, & ex quadrato differentiæ laterum à duobus factis extremis, cum quadrato ſummæ laterum à duobus mediis, ut in exemplo.


9 + 4 in 25 + 9
225 + 81 + 100 + 36 = 442
15 . 9 :: 10 . 6

Q: 15 + 6 =	441	Q: 15 - 6 =	081
Q, 10 - 9 =	001	Q: 10 + 9 =	361
	442		442

DE

Diviſione Superficierum.

I. CONſtituere rectangulum (ſive quadratum ſive oblongum) æquale figuræ rectilineæ



trilateræ vel quadrilateræ, &c. Eſto quadrilaterum ABCD cui æquale rectangulum conſtituendum eſt, ab angulo A in oppoſitum B ducta recta AB. ex reliquis angulis C & D

demittantur perpendiculares CE & DF [1] quarum aggregatum eſt CG tum,[2] fiant ½ AB. HI. CG ∸ quare [3] HIq. = quadrilatero ABCD ſi vero velis rectangulum altitudinis K L ipſi æquale. fiat, KL: ½ AB: CG:: KM eritque [4] LM. = ABCD.

Et ſimiliter pergendum eſt, ſi plura eſſent latera; inſtituenda enim ita eſt proportio ut ſemibaſis & altitudo plani dati fiat medii termini; hinc etiam poteris rectangulo alicui dato vel adjicere vel auferre portionem æqualem alteri rectilineo dato, per lineam lateri alterutri ipſius rectanguli parallelam. Nota quod in omnibns quadrangulis rectilineis ipſæ triangulorum altitudines rationem habent ipſorum triangulorum ut [5] △ CBA. △ DBA :: CE. DF.


II. Diviſo rectilineo aliquo in triangula lineas rectas ipſis triangulis ordine proportionales invenire. [1] Quinquangulum ABCDE. dividatur ex puncto P in quatuor triangula PAB. PBC. PCD. PDE. & in ſingulis demittantur perpendiculares. AF. CG. CI. EH.

Sumptaque qualibet altitudine ζ fiat. ζ : ½ PB :: AF : $\alpha\beta$. & ζ; ½ PB :: CG. $\beta\gamma$. & ζ : ½ PD :: CI : $\gamma\delta$. & ζ : ½ PD:: EH : $\delta\varepsilon$. quare linea $\alpha\beta\gamma\delta\varepsilon$ diviſa eſt in ratione triangulorum in quinqangulo. & rectangulum totum $\zeta\varepsilon$ æquale eſt ipſi quinquangulo.

1 34. e. 1. 2 13. e. 6. 3 17. e. 6. & Sch: 41. e. 1. 4 16. e. 6. 5 Sch. 1. e. 6.

Atque

Atque hoc modo faciendum eſſet, ſi polygonum datum dividendum foret in triangula non ex uno puncto ſed prout convenientius fieri pote-




rit. quod in ejuſmodi polygonis ſæpenumero evenit. quæ aliquos ex angulis ſuis habent exterius ut in ſchemate quinto videre licet.

II. Parallelogrammum biſecare à quocunque puncto. Sive punctum illud extra ſit ſive intra parallelogrammum. Sit biſecandum ABCD. & punctum aſſignatum E. ductis diagoniis AC

& BD

& BD interſecantibus ſe invicem in F ducatur



EH [1] quæ ipſum parallelogrammum biſecabit.

IV. Datum triangulum rectilineum ſecare quacunque ratione à puncto extra triangulum; ſit triangulum ABC ex quo abſcindendus eſt è puncto D triens. Ducatur DEA & ſegmentum CE majus ſit ratione data ducatur DF parallela baſi BC concurrens cum AC producta in F. Tum ſumpto CG triente ipſius A C. Fiat ut in Schemate.

(FD : CB :: CG : CH i.e.) FD × CH = CB × CG.


Et FC : L : CH ∺ per 13 e 6.

Et ($\frac{1}{2}$ CH baſis trianguli rectanguli cujus cathetus L & Hypotenuſa fiat radius circuli tranſeuntis per I adeoque = $\frac{1}{2}$ CH + HI. Quare CI vel CH + HI : L : HI ∺ i e.)

[1] 26. e. 1.

CH

CH × HI + HIq = [Lq vel] FC × CH Quare. [CH + HI i e] CI : FC :: CH : HI per 16 e 6 Ergo componendo inverſe IC : CH :: [IF : IC :] FD. CK. Quare CI × CK = (CH × FD =) C




B × CG. At CI × CK : CA × CB : △ICK : △ACB per 23 e 6 Ergo CG : CA :: △ICK : △ACB Atqui CG fuit $\frac{1}{3}$ CA Ergo.

Aut per 23 e 6 △ICK : △ACB :: (CI × CK : CA × CB :: CG × CB : CA × CB :: CG.CA ::) $\frac{1}{3}$ 1

V. Datum Polygonum irregulare ABCDEFGHI dividere è puncto P ratioue data Rad S. diviſo polygono in triangula. PAB. BCD. PBD. PDE. PEG. GEF. PGH. PHI. Ipſis triangulis inveniantur lineæ ordine proportionales. $\alpha\ \beta\ \gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \kappa\ \theta$

ζηθιη diviſa αη in κ ratione R ad S dividatur DE baſis Δ^i PDE [cui reſpondet δϑ] in puncto, ut DK : KE :: δκ. κε. ducta igitur linea PK dividetur polygonum ratione R ad S. hoc mo-




do poteris ſecare polygonum in quotvis partes æquales vel inæquales.


VII. Datum triangulum ex puncto dato in latere dividere in ratione data. Sit datum Δ ABC dividendum ex puncto D ratione S ad R. fiat S : R : BE : EC. ductiſque ex angulo A. AD & AE & ipſi AD parallela EF. pro-

tra-

trahatur FD perquam fiet diviſio poſtulata. eſt enim [1] BE : EC :: FBD. AFDC. Nam △ AGF = DGE. ut in Schemate proximo.

VII. Datum triangulum dividere in ratione data per lineam lateri alicui parallelam: dividatur △






ABC ratione S ad R perlineam parallelam lateri AC. [3] fiat S : R :: BE : EC fiant etiam BE : BD. BC ∺ ductaque DF parallela lateri AC

1 1. e. 6. 2 37. e. 1. 3 13. e. 6.

erit [15] BE : FC (=BC - BE) :: FBD : AFDC· (=ABC - FBD.) Si vero △ ABC dividi poſtuletur Ratione S ad R. per lineam parallelam rectæ H. tum fiat S : R :: BD : DC fiant etiam BD : BE : BG ∺ ductaque EF parallela ipſi AG. erit BD : DC :: FBE : AFEC. probatio pendet ex duplicata proportione. Nam ABG : FBE :: BG : BD :: ABG : ABD. quare FBE = ABD. ideoque ADC = AFEC.

VIII. E Triangulo abſcindere interius Trapezium æquale rectangulo dato. Sit è Triangulo



ABC abſcindendum Trapezium ACFE æquale ▯ GZ.

[1] 19. e. 6. Et Cor. 9. e. 5.

Con-

Conſtructio. fiat LX : HZ :: GH : LN.

1 ie [] NX = [] GZ.

2 [] MX = △ ABC.

3 LM : O : MN ∺

4 LM : O :: BA : BE.

5 EF ∥ AC.

Demonſtratio : 6 △ BAC : △ BEF :: LM : MN::

7 [] MX : [] MX - [] NX.

∵ 8 △ BAC : △ BAC-△ BEF [=ACFE] :: [] MX NX [9] [=GZ]

10 △ BAC : [] MX :: ACFE : [] GZ. ie. ACFE=[] GZ. q. e. d.


XIX. Triangulo adjungere exterius Trapezium = rectangulo dato. Triangulo ABC. adjungendum ſit Trapezium ACDI = [] GZ. [2] △° ABC = conſtituatur [] MX fiatque [1] LX : HZ :: GH MK. fiant [3] LM : LQ : LK ∺ & [4] LM : LQ :: BA : BI. & ducatur [5] ID ∥ AC. Demons: [6] △ BAC : △ BID :: LM : LK : ∵ [8] △ BAC : ACDI :: LM : KM :: [] MX : [] GZ ∵ ACDI = [] GZ. q. e. d.


X. Quod ſi in Triangulo ABC. punctum concurſus B non habeatur ſumpto P puncto in latere CB, [5] ducatur PR ipſi AB parallela. [4] fiatque CA : CR : S ∺ & [4] CA : S :: GH : HT. ducaturque TV. quare [11] △ BAC : △ PRC : [] GZ

1 25. e. 6. 2 44. e. 1. 3 13. e. 6. 4 11. e. 6. 5 31. e 1. 6 19. e. 6. 7 1. e. 6. 8 2 Cor. 19. e 5. 9 Conſtr. 10 16. e. 5. 11 19. 20. e. 6.

□TZ. conſtituatur ergo [1] $CR\alpha\epsilon$ vel, [2] $CR\gamma\delta$ æqua[...] □TZ. & ducantur diagonii $C\alpha E$ & $C\gamma I$ & paralleli EF. & ID. &c.

XI. E Polygono rectilineo ABCDEFGHI abſcindere portionem = rectangulo $\alpha\gamma$ per lineam parallelam lateri AI. diviſo polygono in Trapezia, diſtinguatur etiam rectangulum in







æqualia rectangula 1. 2. 3. tandem relinquatur rectangulum $\gamma\varkappa$, cui ex polygono trapezium 4 æquale per 9. auferendum eſt. Igitur, &c.

[1] 9. hujus. [2] 10 hujus.

XII.

XII. Quod ſi polygonum rectilineum ABCDEF G dividendum ſit ratione. R ad S fiat rectangulum $\alpha\beta\gamma\delta$ æquale ipſi polygono & dividatur rectangulum in eadem ratione per lineam






$\varepsilon\zeta$. ductaque GI ‖ propoſitæ H fiat □ $\alpha\vartheta$ = △AIG. & trapezium GIKM = $\theta\varepsilon$. poſtremo fiat trapezium MN. = △BKL per 9 & 10. eſt igitur polygoni portio ABNMG = □ $\alpha\xi$.

XIII. A puncto in ambitu rectilineæ figuræ ſive in angulo ſive in latere quolibet ſumpto rectam lineam ducere quæ ipſam dividat in partes datam habentes proportionem.

Figuram

Figuram autem rectilineam nunc intelligo quæ totidem lateribus quot angulis continetur. Si △ABC. ſit data proportio X ad Z. Si per lineam ab angulo dividendus eſt [1] partire ejus baſim ſecundum X ad Z. ſc: in D. & [2] duc AD





& ſic de reliquis angulis & baſibus. Sumatur in latere AC. puuctum G. unde dividendum eſt triangulum duc GB. & [3] ei ‖ AD ab A. concur

1 10. e. 6. 2 1. poſt. e. 1: & 1. e. 6. 3 31. e. 1.

r

rat CB in D. tum duc DG. ∵ [4] △GDC ≐ △ dato ABC quare ſi [1] diviſa DC. ſcm X ad Z cadat diviſio in B linea BG dividit ſin eadat diviſio inter BC in E tum ducta linea [5] GE problema abſolvet. Sin cadat diviſio inter DB in E duc






EF ∥ ipſi AD & ubi ſcindit AB ſc. in F duc FG quæ problema abſolvet nam [4] △ ABG ≐ △ DBG cujus pars eſt DEG item [4] GEB ≐ GFB. ∵ reliquæ partes. DEG = AFG.

5 1.e.6. 6 ax: e.1.]

Sit

Sit quadrangulum ABCD ex cujus angulo A dividendum eſt ſecundem X ad Z ducdiametrum AC& DE ei || jungatur AE ∴ △ ABE = ABC D. Si igitur diviſio cadat in G. ducatur[3] GF




|| AC & tum ducatur ad concurſum cum CD linea AF quæ abſolvet opus nam △ ACE = A DC item partes[4] ACG = AFC ∴ reliquæ AGE & ADF.

Si cadat in C vel inter CB ductalinea ad A problema abſolvet, &c.

Sit datum in latere punctum L & △ LEF = quadrangulo ABCD cadat diviſio in G extra B duc lineam GL & a G in AB. duc[3] GH || ipſi LB tum ducatur HL quæ faciet problema nam in triangulis ALB ELB : BLH : HLA :: [5] (BH

HA



HA :: BG : GE ::) BLG : GLE. Sed BLH : = BLG ∴ HLA = LEG.

Idem eſt ſi cadat diviſio extra C. Sin intra BC facillimum eſt.

Muſicæ Elementa.

I. SOnus fit ex motu, tremore, percuſſione, au fragore corporum, aerem tremefaciente.

II. Corpus magis denſum tremit velocius, ſicu chorda ænea nervo, & nervus intenſus remiſſo Item corpus minus tremit velocius: ſicut nervus magis tenuis vel brevis, & tibia mino propter velociorem motum aeris illiſi.

III. Tremor velocior facit ſonum acutiorem tardior vero graviorem. Nam cum acumen & gravitas ſint qualitates ſonorum fiunt etiam à qualitatibus & magnitudinibus corporum aerem motu tremefacientium.

IV. Qualitas ſoni diverſificatur ex qualitate materiæ, magnitudine corporis, & forma inſtrumenti, unde ſequitur, ut ænea chorda quam nervus, & ænea tibia quam plumbea vel lignea ſonet acutius. Item nervus ſubtilior & brevior, & fiſtula anguſtior acutiorem edat ſonum. Et ſi denſitates corporum magnitudinibus ſuis fuerint recipocæ, generabunt ſonos uniſonos.

V. Aer tremefit à nervo: Et viciſſim nervus ab aere ad eundem tenorem tremente. Hinc fi ut intactæ cytharæ nervus, ſecundum motum nervi uniſoni prope tacti tremefiat tantum.

V I. So

VI. Sonus igitur uniſonus perfectiſſima eſt ſymphoniarum, propter correſpondentiam ictuum ejuſdem numeri, eſtque initium omnium conſonantiarum.

VII. Conſonantiæ conſiſtunt in proportionibus ſive rationibus commenſurabilibus, nam concordantia fit ex ictuum correſpondentia. Quare impoſſibile eſt ſonos incommenſurabiles concordare ſicut impoſſibile eſt, correſpondere tremores incommenſurabilium velocitatum.

VIII. Præcipui numeri generant ſymphonias concinniores unde poſt uniſonum $\frac{1}{1}$, proportio dupla $\frac{2}{1}$ quæ ſignificatur ab unitate & binario præcipuis numerorum, facit præcipuam conſonantiam & perfectam, quæ Diapaſon & octava.

IX. Tum proportio ſeſquialtera $\frac{3}{2}$ ſignificata per binarium & ternarium facit Diapente, ſive Quintam, non tantæ perfectionis: Quoniam in correſpondentia ſecatur integrum, cum unitas tardioris poſcat unum cum dimidio velocioris.

X. Deinde proportio ſeſquitertia $\frac{4}{3}$ conſiſtens in ternario & quaternario facit Diateſſaron ſive Quartam, adhuc minus ſuavem, adeo ut dubium ſit an conſonantiis ſit annumeranda. Cum ex Priſcis à Ptolomæo ſolo admittatur.

X I. Unde conſtat, quod multiplicitas pefectio- rem facit conſonantiam quam ſuperparticulari- tas, & præcipui numeri quam ſuccedentes. Nam ubi manifeſtior eſt ictuum correſponden- tia, ibi ſymphonia conſurgit ſuavior.

X I I. Diapente atque Diateſſaron differentia di- citur Tonus $\frac{9}{8}$ nam $\frac{4}{3}]\frac{3}{2}$ [$\frac{9}{8}$ vel ſic $\frac{9\,8}{1\,2}$, ratio ſeg- mentorum lineæ 12 eſt 9 ad 8 vel etiam ſic 3 2. 4. 3. multiplicatis binis rationibus $\frac{3}{2}$ & $\frac{4}{3}$ eo quo in Schemate 8 proponitur modo, fien- tres illi numeri 12 6 continentes tres ra- tiones $\frac{9}{6}$ ſeſquial- 9 teram, $\frac{8}{6}$ ſeſquiter- tiam & $\frac{9}{8}$ ſeſquioctavam, quæ illæ duæ prio- res differunt atque idcirco eſt Tonus.

X I I I. Ditonus eſt ratio $\frac{9}{8}$ duplicata nempe $\frac{8}{6}$... diciturque tertia, eſtque $\frac{9}{8} \times \frac{9}{8}$ vel invenitu- ſicut in Schemate 9. 8. 9. 8. Tertia & ſexta ſunt conſo- 81 72 64 nantiæ imperfectæ.

X I V. Diateſſaron & Ditoni, vel etiam Diapen- te & Tritoni differentia minor eſt quam dimi- dium Toni, quod intervallum Dieſis dicitur. Etque ratio $\frac{256}{243}$ Nam $\frac{81}{64}]\frac{4}{3}$ [$\frac{256}{243}$ Item $\frac{729}{512}]$ [$\frac{256}{243}$.

X V. Reliqua Toni pars dicitur Apotome. Eſtque ratio $\frac{2187}{2048}$ nempe $\frac{256}{243}]\frac{9}{8}$.

X V I. Apo-

XVI. Apotomes & Dieſios differentia dicitur comma: Eſtque ratio $\frac{531441}{524288}$ nempe $\frac{256}{243}$] $\frac{2187}{2048}$ neque enim Tonus per æqualia poteſt dividi; nam cum ipſius termini 9 & 8 non ſint ut quadratus numerus ad quadratum numerum medium proportionalem, qui proportionem per æqualia ſecet non habebunt

XVII. Eorum, quæ jam definita ſunt, computatio, tam numeroſa tam ſpecioſa per literas, poſitis A pro 3, Aq pro 9, E pro 2, Ec pro 8. ſic ſe habet.

Diapente $\frac{3}{2}$. $\frac{A}{E}$ Diateſſaron $\frac{4}{3}$. $\frac{E2}{A}$

Tonus $\frac{9}{8}$. $\frac{4}{3}$] $\frac{3}{2}$ [Diapente.
$\frac{E2}{A}$] $\frac{A}{E}$ [$\frac{A2}{E3}$ [Diateſſar.

Diapaſon $\frac{2}{1}$. $\frac{4}{3}$ in $\frac{3}{2}$ $\frac{\text{Diapente.}}{\text{in Diateſ.}}$

$\frac{E^2}{A}$. in $\frac{A}{E}$. $\frac{E^2}{E}$

Ditonus $\frac{81}{64}$. $\frac{9}{8} \times \frac{9}{8}$ $\frac{\text{Tonus in}}{\text{Tonum.}}$

$\frac{A2}{E3}$. in $\frac{A2}{E3}$. $\frac{A4}{E6}$

Tritonus $\frac{729}{512}$. $\frac{81}{64} \times \frac{9}{8}$ - $\frac{\text{Ditonus in}}{\text{Tonum.}}$

$\frac{A4}{E6} \times \frac{A2}{E3}$ $\frac{A6}{E9}$

Dieſis

Dieſis $\frac{256}{243}$. $\frac{81}{64}$] $\frac{4}{3}$ [Diateſſar
Ditonus.

A4] E2 [E8
E6] A [A5

Vel

Dieſis $\frac{256}{243}$. $\frac{729}{512}$] $\frac{3}{2}$ [·Diapente
[Tritonus.

A6] A [E8
E9] E [A5

Apotome $\frac{2187}{2048}$. $\frac{256}{243}$] $\frac{9}{8}$ [·Tonus
[Dieſis.

E8] A2 [A7
A5] E3 [E11

Comma $\frac{531441}{524288}$ - $\frac{256}{243}$] $\frac{2187}{2048}$ [-Apotom:
[Dieſis.

E8] A7 [A12
A5] E11 [E19

XVIII. Diapente cum Diateſſaron continuata conſtituit Diapaſon nam $\frac{3}{2}$ in $\frac{4}{3}$ eſt $\frac{2}{1}$ quæ etiam conſtat ex quinque Tonis & binis Dieſibus.

XIX. Dieſis major eſt quam tria commata, minor quam quatuor hoc eſt ratio $\frac{256}{243}$ major eſt quam ratio $\frac{531441}{524288}$ triplicata, minor quam eadem quadruplicata.

XX. Apotome major eſt quam quatuor commata minor quam quinque h, e, Ratio $\frac{2187}{2048}$ major eſt quam Ratio $\frac{531441}{524288}$ quadruplicata minor quam eadem quintuplicata.

XXI.

XXI. Tonus eſt major quam octo commata, minor quam novem hoc eſt Ratio $\frac{9}{8}$ major eſt quam ratio $\frac{531441}{524288}$ octuplata minor quam eadem noncuplata.

Hæ intervallorum collationes quamvis ſint veræ non tamen ex calculo Boetii, 3 Arithmeticæ, per differentias æquales conſequntur: nec quidem tenent in aſcenſione naturali ab imo ſive è chorda longiore gravioreque in breviorem atque acutiorem, ut in hoc ſubjecto calculo planiſſime patet.

	8888888888 ... 1111111111 Quan. toni	01213 dif. com.
Comma		
	9010162335 ... 0121273447 dif. com.	09704 octupla.
Apotome		
	9492187500 ... 0603298611 dif. Apo.	10917 noncu.
Dieſis		
	10000000000 ... 0507812500 dif. Dies.	

XXII. Toni ſeu Tropi, vel modi octo canendi, ſunt totidem intervallorum Diapaſon ſpecies, ſecundum diverſa exordia, uſumque nationum ſumptæ, nempe Dorius, Hypodorius, Phrygius, Hypophrygius, Lydius, Hypolydius, Mixolydius, Hypomixolydius. Duo autem tetrachorda conficiunt has ſeptem chordas habentia communem terminum in chorda media: In chordis ſuperioribus tetrachordi locantur quatuor modi qui dicuntur duces, Authentici ac præcipui Dorius, Phrygius, Lydius, Mixolydius: in chordis inferioris tetrachordi, ponuntur reliqui quatuor Modi, Subjugales, Plagales & Secundarii, Hypophrygius, Hypoly-

Octo

Octo modorum ſive modulaminum ratio & ordo.

Tetrachor. infr. Tetrach. Supr-
Plagal ſubjug. Authen. : Duces.

Chordarum ordo.			Chordarum nomina.	Septuplex varietas Poſitionum chordarum.	Modorum nomina.	Chordarum ratio.
	b□	tonus				
Septimus	a g	tonus	Nete Infer:	in tritono	Mixolydius	6
Quintus		tonus	Paranete Super	dies: altam	Lydius	6 $\frac{3}{4}$
Tertius	e	dieſis. tonus	Paranete infra	dies: altam	Phrygius	7 $\frac{1}{9}$
Primus.					Dorius	
	d		Meſe media	in ditono	Hypomixolydius	8
Octavus						
Sextus	c	tonus	Lichanos Super	dies: imam	Hypolydius	9
Quartus	b□	dieſis	Parhypate infra	dies: imam	Hypophry:	9 $\frac{13}{27}$
Secundus	a	tonus	Hypate Superior	in triton:	Hypodorius	10 $\frac{2}{3}$
	g	tonus	Proſlambanomenos *			12
	F	tonus				

diuſ

dius, Hypomixolydius ſinguli ſingulis authenticis per Diateſſaron ſubjacentes. Ita ut media chorda apud d ſuſcipiat Dorium Authenticum Hypodorii infimi apud a & Hypomixolydium ſubjugalem ſupremi mixolydii apud g. Modorum diſpoſitio imitatur ordinem planetarum in diebus Hebdomadæ nomen & dominium habentium. Formantur autem authentici a loco proprio aſcendendo per Diapente & Diateſſaron h: e: per Diapaſon; & inde tantundem deſcendendo. Plagales autem a ſede ſui quiſque authentici per Diapente aſcendunt & inde per Diapente ac Diateſſaron deſcendunt: unde rurſus per Diateſſaron aſcendunt, & in locum authenticorum ſimul deſinunt. Miſcentur tamen quandoque & aut deficiunt aut limites prætereunt ut artificibus placet.

XIII. Quod autem Ptolomæus Hypomixolydium apud ſequentem literam a, quæ octava eſt ab a infima: non videtur additio ſed tranſlatio Hypodorii ad eandem literam, eandemque poſitionem chordæ ſuperioris in tritono, quæ tranſlatio fieri poteſt in unoquoque modo: ſi ſurſum per Diapaſon transferatur ad eandem ſc. literam.

XIV. Ex his quæ jam tradita ſunt, liquet quod naturalis cantus non per anfractus incognitaſque proportiones, ſed per intervalla ex præcipuis numeris propagata procedit, id eſt per Tonum, ac Dieſin aſcendens invenit Dia-

teſſaron: percuſſoque alio Tono, Diapente terminat, adhuc per Tonum Dieſim & Tonum quæ eſt alia Diateſſaron Diapaſon totumque octochordum perficiat. Hic ergo vocatur legitimus & à natura conſtitutus ordo vocum, ſicut ratio dictat ideoque etiam vocatur Diatonicus, quia per Tonos & ſemitonia procedit. Qui proceſſus iterum atque iterum & deinceps infinities repetitus, ita binos Tonos & ſingulas Dieſes admittit: triplicato inter repetendum tono; ut octavo quoque loco habeatur Diapaſon.

XXV. Admiſſio autem triplicati Toni, etſi ad perficiendum ubique Diapaſon neceſſaria, dura tamen fuit canentibus, unde ad talem duritiem temperandam, Artifices diviſere tertium illum Tonum in ſemitonia: Itaque ablata ex tertio tono Dieſi, relinquitur Apotome, atque ita recipiuntur immediate tria ſemitonia. Hæc diviſio Toni in Dieſim & Apotomen per ſingulos etiam Tonos fieri poteſt, ſicut in cytharis cæteriſque inſtrumentis Muſicis fieri conſuevit.

XXVI. His notatis, patet quod ſicut naturalis cantus (ſive Diatonicus) procedit per binos tonos & ſingulas Dieſes: ita Tritonicus per tritonos, & Chromaticus per ſemitonia ſuaviora. Quæ tria ſunt cantilenarum genera. Chromaticum igitur genus mollius eſt cum (tertio tono in Dieſim & Apotomen diviſo) continuantur tria ſemitonia.

XXVII

XXVII. Icoſichordon Guidonis conſtat quatuordecim tonis : & quinque Dieſibus inter Ditonum ac Tritonum alternatim interjectis. Hoc autem conficiunt ſeptem hexachorda, ſingula ſc. per ſyllabas ſenas Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, pronuntiata, ſeptenis repetitis literis & octavo quoque loco repetita eadem litera Diapaſon indicet. Jam ex ſeptem illis hexachordis primum quartum & ſeptimum incipiens apud g conſonantem duram, quoniam admittit tritonum, ex tali duritie, b□ quadrati durique nomen ſortitur. Secundum autem ac quintum, incipiens apud c mediam, quoniam per binos Tonos, ſingulaſque Dieſes legitime ac naturaliter procedit, vocatur Diatonicum, Tertium vero ac ſextum incipiens apud f aſpiratam, quoniam tertium tritoni tonum in Dieſim & Apotomen ad temperandam duritiem, partitur, ab ipſo b rotundo mollique nomen accepit. Item B litera eadem recepit Fa hexachordi mollis, & Mi hexachordi duri; ut tranſitus hic vitaretur a cantoribus, quod eſt intervallum Apotomes. At idcirco diverſificat figuram apud fa. b, rotundi, ut denotet facilitatem Chromaticam apud Mi b□ quadrati, ad ſignificandem tritonici generis duritiem.

XXVIII. Diviſio Toni in Dieſim & Apotomen in ſingulis Tonis, ſicut à peritiſſimis artificibus, & inſtrumentis fieri ſolet.

	gs	50000000000		
Apotome				
		533935546875	26696777	13348
Dieſis				
	F	5625	28125	140625
Dieſis				
	E	592592592592	29629630	14814
Apotome				
		6328125	31640625	15820
Dieſis				
	D	666666666667	33333333	16666
Apotome				
		7119140625	35595703	17797
Dieſis				
	C	75	375	1875
Dieſis				
	b□	790123456790	39506173	19753
Apotome B.				
	b	84375	421875	210937
Dieſis				
	A	88888888889	44444444	222222
Apotome				
		94921875	47460937	237305
Dieſis				
	G	100000000000	50000000	250000

XXIX.

XXIX. Hexachordum comprehendit ſimplices ſymphonias, ſc. uniſonum, ditonum, diateſſaron, diapente, hexachordum: h, e. Uniſoſonum, tertiam, quartam, quintam, ſextam. Hinc ratio hexaſyllabici contextus. Diapaſon atque Diſdiapaſon, his ſingulis continuata, generat compoſitas ſymphoniasejuſdem qualitatis in ordine ſecundo atque tertio, &c.

9]8[88888888 889. pro Tono.
256]243[94921875 000. pro Dieſi.
2187]2048[93644261 546. pro Apotome.
531441]524288]98654036 8545. pro Commate.

Icoſi-

Icoſichordum Guidonis.

148148		e	la		
166667		d	la Sol		tonu
187500		c	Sol fa		tonu
197530		b[]	mi		dieſi
210937		b	fa		tonu
222222		a	la mi re		
250000	+	g	Sol re ut		tonu
281250		f	fa ut Trito.		tonu
296296	-	e	la mi Chroma.		dieſi
333333		d	la Sol re		tonu
375000	+	c	Sol fa ut		tonu
395062		b[]	mi		dieſi
421875		b	fa		tonu
444444		a	la mi re		
500000		g	Sol re ut		tonu
562500	+	f	fa ut	Triton	tonu
592593		e	la mi	Chromaticum	dieſi
666667	-	d	Sol re		tonu
750000		c	fa ut		tonu
790123		b[]	mi	Diatonicum	dieſi
843750		b			tonu
888889	-	a	re		tonu
100000		g	ut	Tritonicum	tonu

Præcepta contexendi ſymphonias duarum aut plurium vocum.

I. Principia modulaminum debent exordium ſumere à conſonantiis perfectis quod non eſt neceſſarium.

II. Duæ perfectæ ejuſdem ſpeciei conſonantiæ non debent ſimul aſcendendo vel deſcendendo immediatæ poni.

III. Inter duas perfectas ejuſdem generis conſonantias diverſis vel conſimilibus motibus intenſas aut remiſſas, una imperfecta, ut tertia vel ſexta debet media conſtitui.

IV. Plures perfectæ & diſſimiles conſonantiæ aſcendentes poſſunt conſtitui: ut quinta poſt uniſonum octava poſt quintam.

V. Duæ perfectæ concordantiæ ſimiles poſſunt immediate poni modo diſſimilibus procedant motibus, ut ſi octava in acutam elevetur, altera acuta in grave remittatur, &c.

VI. Cantus, Tenor & gravis debent invicem eſſe contrarii in motu, ut ſi cantus aſcendat tenor deſcendat: & contra ſed id non eſt neceſſarium.

VII. Cantus & Tenor per contrarios motus ſuaviſſime tranſeunt ex ſexta in octavam: ex uniſono in tertiam & contra. Item è ſexta minore

nore in quintam alterius partis mota, reliqua ſtante, idemque de compoſitis intellige.

VIII. Cantilena in conſonantiam perfectam terminari debet.

IX. Diſcordantia in minimis notis poteſt concedi.

X. Tres voces quarum extrema per Diapaſon, media cum graviore per Diapente, cum acutiore per Diateſſaron ligantur, optime concordant ſicut & ab iis compoſitæ.

XI. Tetiarum aut decimarum ſimul aſcendentium aut deſcendentium jucundus eſt ac ſuavis proceſſus.

Tabula

Tabella proportiones Tonorum in tribus octavis comprehendens.

8]4]E	1200	e	600	e	300
F	1125	f	563	f	282
F♯	1062	f♯	532	f♯	266
+G	1000	g	500	g	251
G♯	950	g♯	475	g♯	237
A	900	a	450	a	225
B fa	850	b fa	425	b fa	212
B mi	800	b mi	400	b mi	200
C	750	c	375	c	188
C♯	707	c♯	352	c♯	177
D	666	d	333	d	167
D♯	634	d♯	316	d♯	158

è 150 &c.

Numeri iſti Mediani non ſunt veri: Tibiæ cujus diameter eſt 9, longitudo 15, æqualem efficere, cujus diameter ſit 5. Dic reciprocè.

Q: 5. Q: 9 :: 15. 48 6 long:

Si vero quæratur longitudo tibiæ quæ ſit $\frac{2}{3}$ prioris: Primo inveniatur longitudo tibiæ æqualis, ipſaque per $\frac{2}{3}$ multiplicetur.

Muſicalium Tonorum proportionem invenire in Cythara vel Teſtudine.

Dividatur linea juxta Tabellam ſuperiorem in Tonos E, F, F ♯, + G, G ♯, A, B fa, &c. ſumptoque centro in initio ejuſdem lineæ per ſingulos tonos duc arcus, tum cape circino di diſtantiam à ſuſtentaculo ad oram cui innituntur chordæ: & ſi Cythara ſit, diſtantiam illam in ultimo arcu ab E tono nota; ſi teſtudo ſit, in arcu quarto à fine à G tono, cui præfigitur +, ad finem è centro ducatur altera linea interſecans omnes arcus. Nam arcuum ab ipſo E vel G verſus centrum, inter duas illas lineas interceptorum ſubtenſæ dabunt juſtam tonorum a ſuſtentaculo diſtantiam, verum in teſtudine toni verſus partem ſuperiorem in manubrio paululum ſunt attollendi, idque propter chordarum, quæ tonos determinant craſſitiem.

In Organis Pneumaticis.


Omnes Organorum Pneumaticorum tibiæ conſtruuntur forma cylindri: pars enim illa quæ eſt a ſummitate uſque ad inferius foraminis labium, Cylindracea eſt, tonumque exprimit. Quare partes illæ ſecundum lineæ ſuperius diviſæ proportiones augendæ vel minuendæ erunt. Ut data tibia velim conſtruere aliam quæ ipſa inferior ſit tonis 5. Quia quintus tonus differt a primo in proportione 800 ad

1200

1200: ideo incipiendo ab inferiore foraminis labio, tibia deſiderata prioris ſeſquialtera conficienda eſt.

In Campanis.

Detur Campana ABCD cui velim ut alia ſimilis tono quarto inferior fiat: diviſa linea juxta tabellam ſuperiorem in tonos, ducantur



duo arcus, unus per E alter per A, in quo metieris circino ſubtenſas æquales diſtantiis

 CD,

CD, AB, AC, EF: tum e centro duces lineas totidem interſecantes reliquum arcum: & ſic habes dimenſiones Campanæ fabricandæ.

Nota quod Campana bene formata debet habere diametrum orificii 14 & latitudinem ſuperiorem AB 7: Et altitudinem interiorem EF 10: & altitudinem exteriorem AC 10 $\frac{1}{2}$ Et Craſſitiem juxta C 1 in ſummitate $\frac{1}{4}$ in medio $\frac{1}{3}$.

DE
Propugnaculorum Munitionibus.

MUnitio quantum loci commoditas tulerit debet eſſe ordinata quo capacior ſit ad recipienda militum tuguria, commeatus, aliaſque res tum militibus ſuſtentandis, tum hoſtibus arcendis neceſſarias.

Exemplum ſumatur in figura pentagona. Dividatur 360 gradus per 5, qui numerus eſt laterum, quotus erit 72 gradus, pro angulo ad centrum ACB. Angulum hunc tolle ex 180. Reliquus erit angulus figuræ BAP 108 gradus hujus dimidium eſt angulus BAC 54 gradus.

180
Exempl : 5) 360 (072 = ∠ ad centr :
2) 108 = ∠ figuræ
54 Semis.

480
Sumatur latus figuræ AB non minus quam 400
380

780 650
pedes, nec majus quam 680, puta 540 : Erit
600 530

325
AN 270 pedes. In triangulo igitur rectangu-
lo

lo NAC, datis angulo ACN 36 grad: & baſe AN; datur Hypotenuſâ AC 459 3516 pedes; & Cathetus CN 371 5231 pedes.

In pentagona arce $\frac{1}{2}$ ang. ACB = ACN = 36.
Ang CAN = 54 grad. ang. figuræ
SCo. CAN. Rad :: AN. AC :: S. ACN. Rad.
Rad. S. CAN :: AC. CN.

Tum ſtante aſtrolabio in Centro C (qui locus eligitur accomodatiſſimus pro medio arcis extruendæ) fiant quinque rectæ longæ 459 3516 pedes & continentes angulos 72 graduum. Et per terminos ipſarum rectarum, ductæ lineæ includent in campo pentagonum BAPOQ. Hoc pentagonum etiam examinabis, poſito aſtrolabio in angulo O: Nam ſi trium angulorum æqualium ipſi ACN latera incidant in puncta BAPQ, recte deſcriptum eſt pentagonum pro munitione facienda. At quo tutior ſit iſta munitio ab hoſtium incurſu, munitionibus communienda eſt hac arte.

In latere pentagoni AB abſcindatur utrinque linea *colli AG & BF, quæ ſit $\frac{2}{9}$ lateris*, nempe 120 pedes. Medium ſpacium inter GF quod eſt $\frac{5}{9}$ lateris, vel 300 pedes erit pro cortina.

At in quadrato latus eſt ad lineam colli ut 5 ad 1 & ad cortinam ut 5 ad 3 vel $\frac{3}{20}$ in □° vel $\frac{1}{5}$ in pentagono. &c.

Im

In punctis G & F extent ad angnlos rectos *GE DF alæ æquales* $\frac{1}{6}$ *lateris* nempe 90 pedum, At in quadrato $\frac{4}{25}$ lateris.

E punctis DE ducantur rectæ DH,EL, ſic ut angulus defenſionis interior DHF & ELG ſit triens ang^i BAC (ſextans ang BAP) nempe 18 grad: & angulus ad D vel E ejuſdem complementum nempe 72 grad: extendantur rectæ LE & HD donec concurrant cum lineis è centro CA & CB productis in I & K. Erit angulus EIA & DKB bes anguli BAC nempe grad: 36. Nam hæc regula eſt generalis, quod angulus propugnaculi 2EIA continere debet $\frac{2}{3}$ anguli polygoni 2 BAC, modo non excedat 90 gradus (quod primo fit in nonangulo) At vero in Nonangulo & reliquis plurium laterum figuris angulus propugnaculi 2 EIA ſemper debet eſſe rectus item angulus polygoni 2 BAC eſt ad angulum defenſionis interiorem ELG uſque ad octogonum ut 6 ad 1. poſt octogonum ratio paulatim decreſcit ita ut in dodecagono ſit ut 5 ad 1.

Ang: CAN - AIE = GLE. Ang: GEL = compl: GLE.

In octangula arce angulus propugnaculi eſt 90.

In Enneagono quidem ut 28 ad 5. In decagono ut 16 ad 3. In Hendecagono ut 26 ad 5.

In

In triangulo rectangulo plano EGL datis angulis cum latere EG, inveniatur baſis GL pedes 276 9915 & Hypotenuſa EL 291 2461 eſt igitur AL 396 9915.

Rad. t. GEL :: EG. GL.
S. GLE. Rad :: EG. EL.

In triangulo IAL datis tribus angulis cum latere AL inveniatur latus AI 208 7108 & IL 546 1941 pedes; eſt igitur IE facies propugnaculi 255 1658.

In triangulo AIL, datur GL & AG = $\frac{2}{9}$ lateris.
Quare Dic. SI. AL :: SA. IL :: SL. IA.

In triangulo rectangulo LMN, datis anglis MLN 18 grad: & LMN 72 grad. & baſe LN 126 9915 pedes invenietur hypotenuſa LM 133 5265: & cathetus MN 41 2620 quæ eſt diſtantia puncti defenſionis M a medio cortinæ.

In triang: MNL, datur ang: L & NL = GL --GN ($\frac{5}{18}$ lat)
Dic S.co. L. NL :: Rad. ML :: S,L. MN.

Tabula

Tabella continens munitionum regularium à Quadrato ad XII^gonum laterum & angulorum amplitudines : Sed diligentius examinanda juxta regulas jam antè traditas. } Belgicè

	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI	XII
Semid: Polyg: CA	353	459	648	749	846	947	1048	1151	1400
Latus, Polyg: AB.	500	540	648	648	648	648	648	648	720
Cathet: Polyg: CN	250	372	561	673	783	890	997	1107	1343
Collum AG	100	120	144	144	144	144	144	144	160
Alæ GE, DF	80	90	90	108	108	108	108	108	120
Cortina GF	300	300	360	360	560	360	360	360	400
Alæ Cortinæ GH, LF		23	63	85	99	128	148	163	193
Capitalis AI	207	209	234	225	219	224	229	231	259
Faciei IE	256	255	279	260	247	244	242	239	261
Lin: defens: IL	565	546	594	555	529	499	479	463	501
Anguli.									
Centri ACB	90°	72°	60°	51°, 26	45° 00'	40°	36°	32° 44'	30°
Figur: polygæ. $\overline{2}$ BAC	90	108	120	128 34	135 00	140	144	147 16	150
Propugnacnli $\overline{2}$ AIE	60	72	80	85 43	90 00	90	90	90 00	90
Defendens lin: GLE	15	18	20	21 26	22 30	25	27	28 36	30
Alæ & faciei IEG	105	108	110	111 26	112 30	115	117	118 38	120
Capital: & lat: IAF	135	126	120	115 43	112 30	110	108	106 22	105
Defenſionis EMD	150	144	140	137 09	135 00	130	126	122 44	120

∴ 180 -- 2 AIE -- ELG Ang: BAC - AIE = GLE + 90.

Ad Pag. 175


Vallum in Quadrato & Pentagono altum ſit 14 pedes.


In Hexagono & heptagono 16 pedes.

Reclinatio valli exterior ad altitudinem eſto ut 2 ad 3; verum ſi terra congeſta ſit lenta tenaxque poterit eſſe ut 1 ad 2: Reclinatio valli interior ad altitudinem eſto ut 3 ad 2 ferè.



Alt: Recl: :: 3. 2 vel 2. 1 exterior.






Alt: - Recl: :: 2, 3 vel 1. 2 Inter. ped. 30 ad 60.

Verticalis latitudo valli ad minimum eſto 30 pedum nec unquam excedat 60 pedes.

Thorax vallo ſuperſtructa *habeat exterius altitudinem 4 pedum, Reclinationem 2 pedum, at vero interius altitudinem habeat 6 pedum & Reclinationem 1 pedis & latitudinem verticalem 9 vel 12 pedum.* Huic *ſcabellum adjicitur altum 1 & latum* 2 ½ pedis.

Equites ſive Cavallieri ſunt colliculi qui nonnunquam excitantur inter duo propugnacula, vel ad angulum interioris polygoni, qui ſuper ſummum Thoracem eminent 5, 6 vel 7 pedes, ut eo commodius in campum proſpicere hoſtemque eminus offendere liceat: quibus vel Thorax vel ejus loco corbes loricolares imponuntnr.

Inter Imum vallum & foſſam relinquatur ſpatium latum. 12 18 22 pedes cujus extremo littori Thorax ſuperſtruitur, valli ipſius Thoraci ſimilis.



a b c Vallum.
a interior valli inclinatio Gall: Scharpe Ital: Scharpa.

c Exterior inclinatio Ital contras Scharpa, fioriſcharpa.
b Craſſities quadrang : valli.
d Thorax cum Scabello Gall : cortine Ital: parapetto.
e f Fauſſebraye Belg de berempte fulcrum valli.
e K viæ opertæ.
f Thorax parapetto.
14 Foſſæ profunditas,
Kl contre Scharpe.
L Thorax.

Foſſa circa totam munitionem excavetur, cujus in locis arenoſis & editioribus fundum æquetur verticali valli: ſuperficies ſive ſumma latitudo baſi, profunditas altitudini: inclinatio interior exteriori: exterior interiori: at in locis ſcaturiginoſis, petroſis vel declivioribus, ubi ad profunditatem 6, 8 vel 10 pedum effodiatur, riparum diſtantia ſit 160 & 180 pedum & conveniens profunditati inclinatio. Et ne primus hoſtium inſultus qui ſolet eſſe ferociſſimus huic machinæ ſoli incumberet, ſagaces homines, varias, quæ & ipſam munitionem communire poſſent, excogitaverunt munimentorum formas ab ipſo quidem opere ſejunctas, tutas tamen ſub alis propugnaculorum latentes, unde & hoſtem ferire, & à ſuis auxilium ferri commode poſſet; ſunt autem hujuſmodi,

Parmularum fa- brica hæc eſt { *Ital*: *Baſtinetto.* *Gal*: *Ravelins.* }

Ex medio cortinæ N perpendicularis excitetur & ex puncto ipſius R binæ facies egrediantur, pro ratione polygoni ab 144 ad 200 pedes: quarum defendentes lineæ medietati alæ polygoni reſpondeant: aut ſi non feret occaſio, diſtent ab alarum angulis 12 aut 20 ped: Parmulæque interior angulus S reſpondeat interiori foſſæ: cui muuimento foſſa 50 aut 60 ped: lata circumducta.

De Thorace contreſcharpe dicto.

In oppoſita campi planite, ſpatio 24 ped: (quam viam opertam nuncupare ſolemus) aſſumpto Thorax excitatur, cujus latera cum parmulæ faciebus continuo parallela: opus altum 6 pedes, ut ad 40 pedum latitudinem reclinet neceſſe habet; ſi latitudo minus arrideat, oculo ad apicem Thoracis machinæ majoris adplicato, recta collimabis ad extructam molem, donec ipſa campi planities in viſus radium incidat; ut hoc modo veram operis tui (ſcil: conterſcharpe) inclinationem aſſequaris. Ipſis propugnaculis ejuſmodi parmulas defenſionis ergo objiciunt, hoc modo.

De Parmulis propugnaculis objectis.

Ex Parmulæ cortinalis puncto T circiter 60 aut 50 ped:

50 ped : a foſſæ margine diſtante fiat recta TV parallela faciei propugnaculi: ſimiliter & ab V altera recta in altera propugnaculi parte & a puncto V utrinque binas facies 200 vel 220 pedes longas extrues: Parmulæque ſic factæ, pro ratione dimenſionum parmulæ cortinalis, foſſa, via operta, thoraxque circumducetur. Elatioreſque ſint hæ parmulæ, quam reliquum vallum 4 ped: quo commodius in hoſtes proſpicere liceat: neve ij qui ex operta via pugnant, lædantur a ſuis.

De opere Corniculato.

Corniculata dicuntur quod eorum latera ab ipſa munitione cornuum in morem extenſa promineant. Alæ propugnaculorum rectis lineis EX DY 700 pedes longis continuentur: quæ ſi longius extendantur hunc præſtabunt uſum, ut quidem verſus munitionem minui ſæpius, & quaſi in plura ſcindi poſſent propugnacula : At commoditas illa majori compenſari poteſt detrimento, dum a ſclopetariis ſuis propugnatores ægre defenderentur ; neque enim ultra 840 pedes in aliquem ſcopum glans ſclopeto dirigi certo poterit: longitudo itaque conveniens ſervetur; latera hujus operis æqualem cum alis præcipuæ munitionis ſortiantur diſtantiam: quæ ſi corniculata non ſuffecerit, obliquo tramite incidentes lineæ latitudinem acquirant commodiorem. Ad utrumque cornu propugnaculum extruitur dimidiatum, debito muni-

endum thorace quibus cortina æquali faciei junctis, tutum undequaque ab incurſu hoſtium redditur corniculatum: quæ propugnacula ſi vallo 4 aut 6 pedum parte interiori libeat communire; foſſa (nam & foſſam undequaque 24 ſive 36 ped: habere munimentum neceſſe eſt) pro valli modo accreſcere debet: ſin minus lorica, qualem cæteris prætexímus, ſuffecerit: Egregium hoc opus, verum propugnaculorum mucronibus præcipuæ munitionis commodè prætendi non poterit, ob anguſtam nimis inter cornua capacitatem, quæ propugnatores in periculum vitæ deduceret, ſuorum auxilio deſtitutos. Ala corniculati eſt æqualis ſemiſſi faciei ſuæ ſive cortinæ.

De Figuris inordinatis, & de oppidorum muniendi ratione —— Pleraque oppida & civitates rudis artiſque belli ignara antiquitas ad artis muniendi normam minime convenienter ſtruxerunt. Primo peripheriæ civitatis exacta vera & ichnographica requiritur deſcriptio. Univerſa namque civitatis muniendæ certitudo, ex angulorum debita inquiſitione dependet.

Deinde varias communiendæ civitatis formas depingito: quarum quæ commodiſſima, minimorumque futura ſumptuum eligatur: graviter cavendo ne propugnacula vallique immenſa moles uliginoſis locis extruantur. Neque tantopere regularitati figuræ inhærendum: Formæ quidem regularitas commodat, at debita

bita menſuræ proportio firmitatem munimento conciliat. Nam irregularis figura ſiquidem debite proportionata eandem quam regularis commoditatem ſuppeditabit. Angulus figuræ BAP non ſit minor recto, nam quo obtuſior eo commodior, Linea colli (Ital recinto) FB vel AG ſit 96 120 vel 144 pedum Alæ (Gall: Eſpaules) ſunto cortinæ perpend: ſitque earum longitudo 96 120 vel 132 ped: Angulus propugnaculi I vel K ne ſit minor gradibus 60 vel major quam 90.

Cortinæ longitudo 480, 720, 960.


Ang: defenſionis exterior ELF vel DHG ſit obtuſus non excedens grad: 160, linea defenſionis DH vel EL ne excedat 960 pedes.

Vallum ad altitudinem 10, 18, 20. pedum extruatnr ſitque reclinatio valli interior urbem verſus æqualis altitudini, exterior reclinatio $\frac{2}{3}$ altitudinis.

In

In $\triangle^{o}$ $D\zeta H$ datur $H\zeta$ & $\angle D$, quæratur $D\zeta$ & DH.

In $\triangle^{o}$ $B\delta\varepsilon$ datur $B\delta$ & $\angle\varepsilon = \frac{1}{2}\angle B$ quæratur $\delta\varepsilon$ & $B\varepsilon$.



In $\triangle^{o}$ $D\gamma\varepsilon$ datur $D\gamma$ & $\angle\varepsilon$ quæratur $D\varepsilon$,

In $\triangle^{o}$ $D\varepsilon K$ datur $\angle\varepsilon$ & εK.

Latitudo verticalis valli a 30 ad 40 pedes. Baſis, &c.

Thorax altitudinis 6 pedum: latitudinis ad verticem 5, 9, 12, pedum reclinet introrſum 1 ped: extrorſum 2, quocirca baſis latitudo erit 8, 12, 15. pedes Scabelli altitudo 1 ped: latitudo 3.

Fulchrum valli (de Barempte relinquit ſpatium 12. 18. 22.

Foſſæ

Foſſæ latitudo minima 140, 160, 180 pedum.

Latitudo foſſæ ſic invenitur, latitudinem valli tum ad verticem tum ad baſim adde: ſummamque dimidiatam duc in altitudinem. Item latitudinem Thoracis tum ad verticem tum ad baſim adde, ſummamque ipſam dimidiatam duc in altitudinem. Factorum ſummam auctam quinta ſui parte, divide per profunditatem foſſæ, & quoto invento adde ſemiſſem profunditatis pro foſſæ latitudine ſuperiore: vel tolle pro latitudine inferiore.

